MASTER NEGATIVE
NO. 93-81313-3

AUTHOR:

STEPHEN, CHRISTOPH HEINRICH

TITLE:

DE PITHOEANIS IN IUVENALEM SCHOLIIS

PLACE:

BONNAE

DATE:

1882

Master Negative #

93-81313-3

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Stephan, Christophor, 1857-
De Pithoeanis in Ivvenalem scholiis; dissertatio philologica qvam... pvblice defendet scriptor Christophorvs Stephan... Bonnae, typis Caroli Georgi, 1882.
76 p. 22 cm.

Thesis, Bonn, 1882.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4/22/93 INITIALS BAP
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

DE PITHOEANIS
IN IVVENALEM SCHOLIIS

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM
ORDINIS IN VNIVERSITATE FRIDERICIA
GVILELMIA RHENANA RITE IMPETRANDOS
VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS DIE
VII M. AVGVSTI A. MDCCCLXXXII HORA XII

PVBLICE DEFENDET SCRIPTOR

CHRISTOPHORVS STEPHAN
COLONIENSIS

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT
IOANNES HAMMELRATH
CAROLVS SCHVETH
SEBASTIANVS DEHNER

BONNAE
TYPIS CAROLI GEORGI VNIV. TYPOGR.
MDCCCLXXXII

FRANCISCO BVECHELER
HERMANNO VSENER
S.

Scholia Iuvenaliana in permultis exstant codicibus, sed alia in aliis, ut suum cuique libro esse commentum[1] iure quis dicat, aut certe vix duo inveniantur codices, qui plane eadem scholia habeant. Sed tamen maximae partis horum in Iuvenalem commentorum quasi fontes sunt vel fundamenta duo commentarii, alter antiquus et satis bonus, a doctissimo quodam homine saeculo quarto post Chr. n. exeunte compositus, alter fusior quidem, sed multo vilior minorisque pretii, medio aevo conscriptus, qui in codice Laurentiano pl. 52, 4 et Bernensi nr. 223[2] Cornuto cuidam tribuitur. Neuter vero horum commentariorum integer sincerusque aetatem tulisse videtur. Quae enim hodie leguntur scholiorum ut ita dicam corpora, ea aut tenuia uberiorave ex alterutro illorum continent excerpta, aut genuino commentario interpretamentorum aliunde ortorum plus minusve additum est, id quod interdum etiam excerptis illis accidit. Erui tamen potest et oportet, uter commentarius fons sit vel fundamentum unius-

---

[1] De commenti vocabulo cf. Iahn. proll. ad Pers. p. CLXIX n. 2 et Eliae Vineti 'de Cornuto .... ac de Commentarii Commentique significatione praefationem' in editione Cornutiani in Persium commenti (Lutetiae apud Cl. Morellum 1613. 4°), de qua v. Bandinii catal. codd. latt. bibl. Laur. II 548 coll. Iahn. proll. ad Pers. p. CLXVIII.

[2] Iahn. proll. ad Pers. p. CXVIII et CXVI. Cf. Fr. A. Zachariae S. I. iter litterarium per Italiam (Venetiis 1762) p. 25: (Inter codd. 'piissimorum et doctissimorum Patrum S. Mariae Curtis ut vocant Orlandigorum' Lucensium) 'Pisis fortasse exaratus est etiam codex chartaceus Saeculi XV, qui fuit *Ser Petri Roncionii*, ut in calce operis legitur, e Pisana praenobili gente. *Lectura* in eo exstat *super satyras Iuvenalis Aquinatis ex Commentariis Cornuti copiosissime edita ....*' atque Fabricii bibl. med. et inf. Latin. t. I (p. 430 ed. Patav. a. 1754) sub v. Cornutus.

Scholia Iuvenaliana in permultis exstant codicibus, sed alia in aliis, ut suum cuique libro esse commentum[1] iure quis dicat, aut certe vix duo inveniantur codices, qui plane eadem scholia habeant. Sed tamen maximae partis horum in Iuvenalem commentorum quasi fontes sunt vel fundamenta duo commentarii, alter antiquus et satis bonus, a doctissimo quodam homine saeculo quarto post Chr. n. exeunte compositus, alter fusior quidem, sed multo vilior minorisque pretii, medio aevo conscriptus, qui in codice Laurentiano pl. 52, 4 et Bernensi nr. 223[2] Cornuto cuidam tribuitur. Neuter vero horum commentariorum integer sincerusque aetatem tulisse videtur. Quae enim hodie leguntur scholiorum ut ita dicam corpora, ea aut tenuia uberiorave ex alterutro illorum continent excerpta, aut genuino commentario interpretamentorum aliunde ortorum plus minusve additum est, id quod interdum etiam excerptis illis accidit. Erui tamen potest et oportet, uter commentarius fons sit vel fundamentum unius-

---

[1] De commenti vocabulo cf. Iahn. proll. ad Pers. p. CLXIX n. 2 et Eliae Vineti 'de Cornuto .... ac de Commentarii Commentique significatione praefationem' in editione Cornutiani in Persium commenti (Lutetiae apud Cl. Morellum 1613. 4°), de qua v. Bandinii catal. codd. latt. bibl. Laur. II 548 coll. Iahn. proll. ad Pers. p. CLXVIII.

[2] Iahn. proll. ad Pers. p. CXVIII et CXVI. Cf. Fr. A. Zachariae S. I. iter litterarium per Italiam (Venetiis 1762) p. 25: (Inter codd. 'piissimorum et doctissimorum Patrum S. Mariae Curtis ut vocant Orlandigorum' Lucensium) 'Pisis fortasse exaratus est etiam codex chartaceus Saeculi XV, qui fuit *Ser Petri Roncionii*, ut in calce operis legitur, e Pisana praenobili gente. *Lectura* in eo exstat *super satyras Iuvenalis Aquinatis ex Commentariis Cornuti copiosissime edita* ....' atque Fabricii bibl. med. et inf. Latin. t. I (p. 430 ed. Patav. a. 1754) sub v. Cornutus.

cuiusque eorum commentorum, quae hodie in libris medii aevi inveniuntur. Quod si respexeris, tria scholiorum Iuvenalianorum discernenda erunt genera; quorum primum ut et puro et sincero fonte ex illo quarti post Chr. n. saeculi commentario fluxit, licet hic illic rivuli aliunde orti turbidiores fluctus admiscuerint. Alteri pro fundamento est *Cornuti expositio super toto libro Iuvenalis* (Laur. pl. 52, 4); hoc quoque genus saepissime interpolatum esse videtur additamentis partim melioris partim deterioris notae. In tertio vero numeranda erunt ea scholiorum corpora mediique aevi commenta, quae cum neutro illorum commentariorum cohaerent[1].

Hoc libello de primo tantum genere nobis est propositum agere. Id autem efficitur eis in Iuvenalem scholiis, quae iamdudum in omnium doctorum manibus sunt, quaeque hoc saeculo Cramerus Heinrichius Iahnius recensuerunt. Inter codices vero, qui haec exhibent, primo loco nominandus est Montepessulanus nr. 125 (Iahnii Pithoeanus, Hermanni Budensis), e quo primus etsi non ea quam hodie desideramus cura Pithoeus edidit Lutet. a. 1585 una cum ipsis Iuvenalis saturis, quas eiusdem codicis ope optime eum recensuisse notum est (cf. C. Fr. Hermanni Iuv. praef. p. XX). Unde universo huic scholiorum in Iuvenalem generi Pithoeanis inditum est nomen. Cum his Montepessulanis scholia codicis Sangallensis nr. 870 adeo congruunt, ut et Iahnius (proll. ad Pers. p. CLVI) et Matthias (de scholiis Iuvenalianis Halae 1875 p. 1) Sangallensem ex Pithoeano descriptum esse putaverint; quod tamen secus se habere infra videbimus. Id vero apertum est ex communi neque multo antiquiore archetypo utrumque deductum esse (cf. Iahn. ed. Iuv. minor. [a. 1868] praef. p. 6). Accedunt fragmenta Argovensia, de quibus nuper rettulit Hans Wirz (Herm. XV p. 437 sqq.), quorum scholia plane eiusdem recensionis sunt, cuius Montepessulana et Sangallensia.

Huic scholiorum collectioni proxima simillimaque ea fuit, qua usus est G. Valla, qui edidit Iuvenalem Venetiis a. 1486 perpetuo instructum commentario, quamque in praefatione Probi

---

[1] Talia quoque exstare neminem fugiet, qui catalogorum editionumque specimina paulo diligentius percensuerit; accuratius vero totam hanc rem tractaturum me prohibuerunt angusti qui esse debent huius libelli fines.

grammatici in Iuvenalem commentarios vocat; ex eodem enim fonte maxima eius pars fluxit, quo scholia Montepessulana Sangallensia Argovensia. Quae vero ratio intercedat inter haec et Vallae Probum, accuratius exponemus capite huius libelli tertio.

CAPVT I.

DE CODICE MONTEPESSVLANO Nr. 125.

Huius codicis[1] accuratiorem exactioremque notitiam debeo viro doctissimo et erga me benevolentissimo M. Bonneto, qui me de permultis eius locis, de diversis in eo manibus interpolationibus inscriptionibus summa humanitate diligentiaque certiorem fecit; cui viro optime de me merito hoc loco laetus lubens publicas ago gratias.

Scriptum esse codicem in monasterio Laureshamensi aut certe diu inter libros eius fuisse testantur haec verba, quae in ultima pagina exstant manu saeculi IX vel X scripta:

Codex ~~sci~~ *NAZAVII Martiris* XPI[2]

---

[1] Cf. Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publ. des départements tom. I p. 330 sq.

[2] Secuntur in codice hi versus scripti, si non prius, at saeculo X:
Qui cupit hunc librum sibimet contendere primum
Hic flegetonteas patietur (corr. in *patiatur*) //// *sulphure flammas.*
Iidem versus paulo inferius iterum leguntur. Ceterum cf. 'Breviarium Codd. monasterii S. Nazarii in Laurissa seu Laureshamensis ad Rhenum, ex pervetusto codice bibliothecae Palatinae-Vaticanae, qui fuit olim eiusdem monasterii' editum ab A. Maio Spicileg. Rom. V p. 161 sqq. et Wilmanns. mus. Rhen. XXIII p. 391. Ibi enim haec leguntur: *Lib. iuvenalis· poete.* — Non igitur debuit omitti hic codex a Val. Al. Fr. Falk, qui in libro, qui inscriptus est: Geschichte des ehemaligen Klosters Lorsch (Mainz 1866), in adnot. 49 II (p. 176 sqq.) pretiosos manuscriptos qui huic monasterio debeantur libros enumerans nostri codicis nullam facit mentionem.

Inde in bibliothecam Matthiae Corvini, Hungariae regis, perlatus esse videtur, si quidem quae in folio quod numeratum est primo r. leguntur:

mathias 1469

ad hunc pertinent. Quibus vero post Budensem a. 1526 cladem iactatus sit casibus, vel qua ratione ad Franciscum Pithoeum, fratrem Petri, pervenerit, nescimus; quod enim P. Pithoeus in iis, quae in calce commentarii antiqui lectorem monet, ita ait: '(exemplar) quod de Budensis cladis reliquiis in Thassilonis quondam Ducis coenobium relatum fuisse ex Matthiae adscripto nomine facile adductus sum, ut crederem', rem plane contra se habere illae codicis inscriptiones testari videntur. Franciscus autem Pithoeus Petro fratri codicem donavit, ut hic ipse refert in 'monendis' modo commemoratis, anno ut videtur 1573; certe sub nomine P. Pithoei, quod in primo quod numeratum est folio r. antea exstitit, nunc totum fere erasum est[1], legitur:

MDLXXIII.

Hanc inscriptionem excipiunt verba:

Ex Libris Collegii
Oratorii Trecensis.

Quibus efficitur codicem post mortem Pithoei in bibliothecam collegii oratorii Trecensis pervenisse; inde revolutionis quae dicitur Francogallicae temporibus primum in bibliothecam publicam Trecensem, deinde Montepessulam perlatus est[2].

---

[1] Exstat vero etiam hodie nomen Pithoei et in folio primum quod numeratum est antecedenti r. (*P. Pithou*) et in ultima pagina (f. 80^v) bis (media pagina in magna rasura P. PITHEV et imo margine *P. Pithou*).

[2] Cf. de tota hac re G. Libri Notice des manuscrits de quelques bibliothèques des départements (Journal des Savants a. 1841 p. 432 n. 1, 437 sq., 477, 548, 550; a. 1842 p. 41 extr. sq.). — Codicem hunc unquam Bouherii fuisse (quod affirmat Iahnius ed. Iuv. minor. praef. p. 5), haud veri simile est. Primum enim codices Montepessulanos, qui olim Bouherii fuerunt, si non ad unum omnes, at certe fere omnes in folio praefixo eius nomen atque numerum, quem in bibliotheca eius habebant, hodie etiam exhibere Bonnetus mihi rettulit; tale vero in hoc codice nihil inveniri. Deinde qui ea, quae G. Libri l. c. (de Bouherii libris cf. etiam Journ. des Sav. a. 1841 p. 432) de his rebus disserit, perlegerit, is vix posse fieri cognoscet, ut codex olim Pithoeanus, quem postea inter libros collegii oratorii Trecensis fuisse constet, unquam Bouherii fuerit.

Continet Persium (inde a folio 1^v usque ad fol. 13^r) et Iuvenalem (inde a fol. 13^v usque ad fol. 80^r, in quo scriptae sunt duae vitae Iuvenalis manu recentiore; cf. infra p. 9 not. extr.), utrumque scholiis marginalibus glossisque interlinearibus instructum. Scriptus est in membranis saeculo IX, et quidem ut mihi Bonnetus rettulit Iuvenalis saturae atque scholia eadem manu[1]. Postea vero Iuvenalis verba, quorum est in hoc codice recensio optima, manu centum fere annis recentiore secundum exemplar alterius recensionis deterioris Nicaeanae radendo et corrigendo passim mutata vel depravata sunt[2]. Eadem manus (S^2) scholia interpolavit; quae vero addidit interpretamenta, ea deprompta sunt ex codice quodam scholiis deterioris generis instructo, quorum fundamentum esse *Cornuti expositionem super toto libro Iuvenalis* supra diximus, quaeque in codicibus, quibus Nicaeana saturarum recensio continetur, adscripta esse solent (cf. Iahn. ed. Iuv. minor. praef. p. 7 extr. sq.; proll. ad Pers. p. CXXVI sq.; C. Fr. Hermanni schediasma de scholiorum ad Iuv. genere deteriore [Gott. 1849] p. 7 sqq.). Haec vero additamenta Iahnius in scholiorum editione (a. 1851) partim ut debuit omi-

---

[1] F. Rühl (Königsberger wissensch. Monatsbl. v. VII [a. 1879] p. 140 sq.) in ipsis Iuvenalis saturis tres manus discernit, quas P^1, P^2, manum quae scholia scripsit (die Scholienhand) appellat; adnotat enim ad Iuv. I 85: '*timor* ist nicht von P^2, sondern von der Hand, die die Scholien geschrieben hat, nachgetragen', ad I 126: '*quiescđ* P^1, *quiescit* die Scholienhand', ad I 143: '*crudus* P^1, *crudū* die Scholienhand', ad II 68: '*fabulla*, aber *f* von der Scholienhand in Rasur'; denique ad II 94: '*trementis* P^1, *trementes* die Scholienhand'. At Bonnetus mihi pro certo affirmavit atque sibi plane persuasum esse scripsit et verba Iuvenalis et scholia fere omnia eadem manu scripta esse. De singulis vero locis haec rettulit. Iuv. I 85 *timor* minutioribus quidem litteris, sed ceterum plane eisdem quibus prima manus scripsit ductibus additum est. I, 126 *quiescđ* prima manu; alia manus (fortasse prima earum manuum, quae scholia interpolaverunt quamque S^2 appellavi) lineolam per *đ* duxit, ut nunc exstet: *quiescđ*. I 143 *crudus* pr. m.; alia manus (fortasse S^2) lineolam supra *u* posuit. II 68 *fabulla* pr. m.; superior pars litterae *f* erasa est atque ad inferiorem ductum dextra parte alia manu (fortasse S^2) parva cauda adiuncta, ut nunc exstet: *fabulla*. II 94 *trementis* pr. m.; *e* suprascriptum manu alia (S^2).

[2] De hac re cf. Iahn. ed. Iuv. minor. praef. p. 5. Ceterum etiam tertia scholiorum manus (S^3), de qua v. infra p. 10, in Iuvenalis verbis quaedam correxit aut depravavit, neque plures etiam manus in his correcturis fortasse versatas esse negare audet Bonnetus.

sit, partim recepit neque tamen in adnotatione critica a recentiore manu addita esse commemorat. De posterioribus tantum — priora enim nuper mihi Bonneti maxime beneficio innotuerunt — accuratius quaesivi. Exstant igitur omnia fere in uno pluribusve codd. Leidensium, in quibus scholia Cornutiana inveniuntur, Vossianos dico nr. 18 et nr. 64 atque bibl. publ. nr. 82[1]. Grato vero ut aequum est animo hic memorandum est viro egregio de Rieu benevole intercedente nostra causa iis quibus visum est locis codices Leidenses inspexisse de eisque diligenter rettulisse virum doctum humanumque van Veen. Cuius testimonio nituntur ea, quae de illorum codicum scholiis in medium proferemus. Haec autem ex scholiis, quae in Iahnii editione leguntur, manu secunda (S^2) in codice Montepessulano sunt addita:

Schol. ad I 20 (in cod. Mont. ad 11. fere versum adscriptum): *Aurunce. Lucium satyricum dicit, qui fuit Auruncus id est Tuscus.* — Exstat in codd. Voss. nr. 18 et nr. 64[2].

schol. ad I 32 in cod. Mont. lemmate omisso ita scriptum est: *Advocatus fuit. qui sceleri*b; *dives effectus* ÷ — *Lectica. genus vehiculi; nobiles enim lecticis vehebantur.* — Exstant haec duo scholia in codd. Voss. nr. 18 et nr. 64[3].

schol. ad II 60: *Tercia* (sic in cod. Mont.) *nomen meretricis* t (sic cod.) *tercia ipsa, id est cum duobus adulteris, ut carpat, quod non sufficiebat viris* (leg. *vir ei*), *nisi plures essent.* — Exstat in codd. Voss. nr. 18 et nr. 64.

schol. ad VII 20: *Hortatur poetas temporibus Neronis carmina scribere.* — Exstat in codd. Voss. nr. 18 et nr. 64.

schol. ad VII 37: *quia poetae Apollini et Musis erant consecrati.* — Hoc scholium a codicibus Leidensibus abesse mihi relatum est; quod casu factum esse potest.

schol. ad VII 64: *Cyrra enim et Nisa montes sunt; Cyrra*

---

[1] Cf. de his codicibus Schopenum in programmate gymn. Bonnensis a. 1847 p. 1. Fusius de iis rettulit Gigchius libello, qui inscriptus est: 'Apparatus critici ad Iuvenalem in bibl. acad. Leidensi asservati descriptio et specimen' (Leidae 1849).

[2] Liceat mihi monere in codicibus Leidensibus haec scholia paulo aliter scripta esse solere. Gigchius enim, ut exemplum adferam, schol. Voss. ad I 20 in dissertatione 'continenti tria capita, Iuvenalem eiusque scholiastas spectantia' (Lugd. B. 1850) p. 20 ita edidit: *Lucilius Satiricus, qui Auruncus fuit i. e. Tuscus.*

[3] Cf. Gigch. l. c. p. 21 n. 2.

Apollini, Nisa Libero consecratus est. — Legitur in codd. Voss. nr. 18 et nr. 64 bibl. publ. nr. 82.

schol. ad VIII 3: *Aemilii nobiles et triumphales viri fuerunt, unde statuae eorum currus habebant.* — Legitur in codd. Voss. nr. 18 et nr. 64 bibl. publ. nr. 82[1].

scholl. ad VIII 4: *Nasum minorem dicit vel vetustate* (sic cod. Mont.) *detritum a statua vel quia* (sic cod.) *in praelio nasum amisit et ideo adhuc in statua absque naso* (corrinus) *erat depictus* (sic cod.).

Carentem auriculis vel mutilatis in statua, vel quia hoc supplicio (sic cod.) *affectus est . nam antequam ab Othone occideretur truncatae sunt ei nares et aures.* — Iisdem fere litteris utrumque scholium exstat in codd. Voss. nr. 18 et nr. 64 bibl. publ. nr. 82[1].

schol. ad VIII 9: *Lepidi nobilissimi fuerunt. quid, inquit, prodest Lepidorum statuas erigere, si nulla eis reverentia exibetur, sed turpia quaeque coram eis aguntur.* — Invenitur in codd. Voss. nr. 18 et nr. 64[2].

schol. ad VIII 172: *S. i. si vis illum legatum esse et aliquo dirigere.* — Exstat in codd. Voss. nr. 18 et nr. 64.

schol. ad X 122: *hic versus male compositus est Ciceronis. et est cacemphaton. dicit ergo, si Cicero nil* (sic cod. Mont.) *pe-*

---

[1] Cf. Gigch. appar. crit. ad Iuv. p. 21.

[2] Scholia ad VIII 3. 4. 9 supra adlata atque ea, quae praeterea initio huius saturae secunda manus (S^2) addidit —addidit autem haec quoque interpretamenta, quae et ipsa exstare in codd. Leidensibus testatur Gigchius l. c. p. 21: *Hac satyra de generositate nobilium disputat dicens nihil esse nobilitatem carnis, nisi quis nobilitatem mentis in morum probitate servaverit* (dextro margine). — *Loquitur ad quendam Ponticum Rubellium Blandum, qui cum turpiter viveret iactabat suam nobilitatem* (sinistro margine). — haec in cod. Mont. recenti tempore lineis traductis deleta sunt. Veri simile igitur est iam Pithoeum haec scholia deterioris esse notae cognovisse; cf. quae dicit in 'monendis' supra (p. 4) commemoratis: '*quin et in antiquo exemplari saepe me ab initio ex marginum diversitate interpretationum etiam diversitatem notasse memini: quam tamen in hac editione repraesentare neque potui, neque, opinor, debui*'. Omisit vero in sua scholiastae Montepessulani editione et illa scholia et ceterorum, quae sec. m. addita sunt, maximam partem. Exstant ex illis in eius editione haec tantum: scholl. ad I 32. VII 20. X 122. XII 85; sed ad hoc postremum Pithoeus in notis in vet. schol. Iuvenal. adnotat: *Molles focos) In vet. cod. sunt haec recentioris scripturae.* Ex interlinearibus autem cod. Mont. glossis, de quibus paulo infra agemus, haud paucas in scholiorum numerum recepit.

ritius scripsisset, non interficeretur. — Exstat in cod. bibl. publ. nr. 82.

schol. ad XII 85: *Molles focos deorum dicit, qui de ture facti sunt.* — Invenitur in codd. Voss. nr. 18 bibl. publ. nr. 82.

schol. ad XV 43: *Pervigil thoro . quod nocte fiebant illa sacra.* — Legitur in codd. Voss. nr. 18 bibl. publ. nr. 82[1].

---

[1] Omnia esse, quae sec. m. (S^2) addita sint, scholia ista cave putes; multo plura sunt; speciminis loco quaedam in Iahniana editione non exstantia, quae aut Bonnetus mecum communicavit aut aliunde novi, hic adscribam:

Schol. ad I 2: *Theseide nomen possessivum. ut aeneide. id est fabula thesei. Theseus autem gigas fuit. qui cum perito descendit ad inferos propter proserpinam.* — Idem scholium exstat in codd. Leidensibus; cf. Gigch. tria capp. Iuv. eiusque scholl. spectt. p. 18. — schol. ad I 2: *Codrus hic poeta fuit tragoediae scriptor. qui fabulam thesei traico sermone cōposuit.* — schol. ad I 8: *Eolia* (sic) *est una ex novem insulis quibus imperavit eolus. qui ex fumo vicinae aethnae solitus erat praedicere qui venti flarent. unde eis dicitur imperasse. notissima inquit est phisica. et unde ignis aethnae ardeat. scilicet ex terrae sulphureo et exuentu motu aquo||||| procreato. quae ingreditur a mari per qǒosdam cauernas.* — Cf. Leipz. Literaturzeit. a. 1830 p. 2193, ubi idem scholium e cod. Gudiano bibl. Guelferbyt. nr. 156 prolatum est, sed multo integrius, quam hoc Mont. — schol. ad I 16 (Cat. gén. des bibl. publ. des dép. tom. I p. 331): *Scilla et imperator fuit et dictator, qui accusatus cum coepisset odio esse Romanis, accepit concilium ab amicis et a Iuvenale ut dignitate deposita officii securus viveret.* — schol. ad I 22: *Tuscum aut validiorem ceteris. aut pro quocumque per figuram* ΚΑΤ ΕΧΟΧΕΝ. — schol. ad I 27 (Cat. gén. tom. I p. 331): *Crispinus iste postquam a Nerone factus est senator, tantae superbiae abundans opibus fuit, ut alios anulos hieme, alios ferret aestate, adeoque delicatus erat, ut anulorum pondus se sustinere non posse fingeret, ac per hoc ventilabat digitum cum anulo; quod indicium erat magnae luxuriae. Anulus in signum gratiae habebatur antiquitus. Quem portabant familiares regis; unde Assuerus tulit ab Aman anulum, quem dedit Mardocheo.* — Exstat verbis paululum differentibus in cod. Gudiano atque usque ad '*luxuriae*' certe vocabulum in codd. Leidensibus; cf. Gigch. l. c. p. 21. — schol. ad II 1: *In principio sui libri falso redarguit philosophos qui fingunt se esse amatores et sectatores veritatis. & delinquentes arguunt cum ipsi viciosi sint. et deteriores his quos arguunt existant: Ergo in hac satyra obscenos carpit philosophos. incipit etiam senatum lacerar[illegible] qui tam generaliter quam specialiter simulata ueritate domestica vicia celabat. pauperes asprime diiudicans. siquid in aliquo deliquissent. Cui quasi respondere facit laroniam meretricem: improperantem quod senatores effeminati stupratoresque effeborum effecti* *deteriora quam mulieres facerent.* — schol. ad X 166: *Quia veneno anuli sui interemit se . ne traderetur romanis a bithinio.* — Plurima huiusmodi scholia addita sunt ad sat. I, paucissima ad ceteras saturas. Restat ut moneam in fol. 80r altera manu (S^2) non solum primam vitarum Iahnianarum (p. 386 sq. ed. a. 1851), sed etiam tertiam (p. 388) atque scholia ad utramque esse addita.

Manifestum vero indicium, quo illa scholia postea in codicem Montepessulanum inculcata esse patet, hoc est, quod ad unum omnia absunt a codice Sangallensi nr. 870; qua ex causa mihi quidem tota haec quaestio orta est. Quamquam concedendum est eum, qui hunc librum scripsit, alia nonnulla aut consulto aut casu neglegentiave omisisse; de qua re postea dicemus.

Praeter illa scholia marginalia quae vocantur secunda manu (S^2) in cod. Mont. omnes fere glossae interlineares adscriptae sunt. Etiam ex his complures Iahnius in suam scholiorum editionem recepit iniuria ut mihi quidem videtur. Sunt vero haec:

Iuv. V 154: Supra: *Qui* suprascr. m. sec.: *tiro.* — Eadem glossa exstat in codd. Voss. nr. 18 et nr. 64.

Iuv. VI 40: Ad *iubis* inter lineas m. sec. adscriptum: *cristis.* — Haec quoque glossa in codd. Voss. nr. 18 et nr. 64 bibl. publ. nr. 82 exstat.

Iuv. VI 261: *a campidoctore* glossa interlinearis est suprascr. m. sec. super: *monstratos.* — Invenitur in codd. Voss. nr. 18 et nr. 64.

Iuv. VI 476: Ad *libraria* m. sec. adscriptum: *lanipendia.* — Idem interpretamentum legitur in codd. Voss. nr. 18 et nr. 64 bibl. publ. nr. 82.

Iuv. VII 4: *ut furnarii fierent* m. sec. suprascr. supra vocabulum *fornos.* — Est in codd. Voss. nr. 18 et nr. 64.

Iuv. VII 6: *emissarii* glossa interlinearis m. sec. adscripta ad *praecones.* — Exstat in eisdem codd.

Iuv. VII 212: *Chironis* m. sec. adscr. ad *magistri.* — Eadem glossa invenitur in codd. Voss. nr. 18 et nr. 64 bibl. publ. nr. 82.

Iuv. VIII 227: *i. voci missarii* (sic) glossa interlinearis est m. sec. addita. — Idem interpretamentum exstat in codd. Voss. nr. 18 et nr. 64. Cf. Gigch. appar. crit. ad Iuv. p. 32.

Iuv. XI 88: *s. ante horam nonam.* — Haec quoque glossa in cod. Mont. inter lineas scripta legitur in cod. Voss. nr. 18.

Iuv. XIV 162: *epirotichos* suprascr. m. sec. (?) vocabulo *molossos*. — Invenitur in cod. Voss. nr. 18.

Iuv. XVI 12: *desperante* verbis *medico nil* suprascr. m. sec. — Exstat in codd. Voss. nr. 18 bibl. publ. nr. 82.

Iuv. XVI 13: *i. qualis fuit barda* m. sec. adscr. ad *Bardaicus*. — Exstat eadem glossa in codd. Voss. nr. 18 bibl. publ. nr. 82.

Iuv. XVI 51: *i. qui castrense peculium liberum habent.* Haec m. sec. suprascr. sunt verbis *Praeterea testandi mil.* — Inveniuntur in cod. bibl. publ. Leid. nr. 82.

Videntur igitur hae glossae interlineares ex eodem codice depromptae esse, unde marginalia manus secundae scholia descripta sunt. Eas vero omnes et ipsas a cod. Sangallensi 870 abesse consentaneum est.

Eodem fere tempore (saec. X ut Bonnetus iudicat), quo secunda, tertia quaedam manus (S^3) in cod. Mont. nonnulla adiecit; ex quibus additamentis Iahnius in suum scholiorum corpus recepit haec duo: *Conchilia genus piscis.* — quae verba ad VIII 101 in margine adscripta sunt m. tert. — atque: *Loquitur ad Persicum;* quae cum in codicis margine exstent, Iahnius ea inscriptioni sat. XI falso adiecit[1].

Denique manus saeculi fere XV argumenta singulorum ut ita dicam capitum saturarum in margine passim adnotavit. Ex quo genere illa sunt, quae Iahnius in adnot. crit. edit. scholl. ad Iuv. VI 1 commemorat: *quod non sit ducenda uxor. P* (immo illa saec. XV manus) *ad v. 23 adscripsit.*

In ea cod. Mont. collatione, qua usus est Iahnius, quae ab I. V. Bertino confecta erat (cf. Iahn. ed. Iuv. minor. praef. p. 5), nulla huius manuum differentiae mentio fuisse videtur; Iahnius certe nihil eiusmodi in adnot. crit. ed. scholl. profert. Omnino

---

[1] Utrumque interpretamentum omittit Pithoeus. — Tertia haec manus (S^3) non tot scholia glossasque addidit, quot secunda, sed tamen numerum satis magnum. Ut vero certius de hac quoque manu iudicetur, quaedam, quae Bonnetus mecum communicavit, in medium proferam. Iuv. VIII 94 haec manus (S^3) voc. *Pirate* suprascripsit: *·i· latrones*, VIII 104 supra *mensae: erant*, VIII 125 supra *sententia: ·i· ficta*, X 335 supra *centena: sestertia;* ad X 293 hoc de Lucretia scholium in margine addidit: *Ipsa interfecta ē a patre ꝑ pulchritudine viciata.* — Horum quoque tertiae manus additamentorum in cod. Sangallensi nr. 870 nullum comparere vix est quod moneam.

vero eam collationem etiam quod ad scholia attinet[1] haud satis accuratam fuisse eo evincitur, quod nonnulla scholia a cod. Mont. abesse Iahnius affirmat, quae in eo exstant. Ad schol. enim ad I 155 Iahnius in adnot. crit. haec exhibet: 'Tigillinum — dicit *om. P.*' — At ut Bonnetus mihi rettulit haec pr. m. in dextro margine scripta exstant in P. — Ad schol. ad II 99 haec adnotat Iahnius: '. . . *etenim quae sequuntur* 'occiso — lapide' *S u. 90 apponit, P prorsus omittit. . . . . miror unde hoc scholium ediderit p* (Pithoeus), *cum mihi relatum sit deesse illud in P.*' — At non deest, sed ut in cod. Sangallensi, ita in Montepessulano totum hoc scholium satis amplum adpositum est ad v. 90 pr. m. fol. 18ʳ parte superiore, sed pro *Galba* ibi scriptum est: *galua*, pro *Bebriacum*: *uebrycum* (Sang. *uebricum*); paulo inferius rectius iam legitur: *ait bebryacum* (Sang. *ait bebriacum*). Asteriscus autem, quo hoc scholium in cod. Mont. ad v. 99 relegatur, manu recenti additus est; palma vero, de qua ad II 99 adscripta sunt verba: *subnotatio huius retro scripta est* (sic Mont. et Sang.) *u///uę* (P *uue* S) *palma.*, neque in Mont. cod. neque in Sang. apparet. — Ad schol. ad III 158 Iahnius ita: 'divitis — a pinna *om. P.*' — Sed haec quoque re vera exstant in P pr. m. scripta in margine sinistro. — Schol. ad IV 85: *Sęvitiam.* (Sang.: *Seᵛciam*) *si liceret crudelitatem damnare . cui magis liceret quam huic.*, quod in cod. Sang. in medium scholium ad IV 81 inter verba: *agrippinam* et *illam* errore delatum est, et ipsum in P deesse Iahnius refert. — Non deest, sed pr. m. in sinistro margine ad suum versum est adscriptum. Versus 81 autem scholium in dextro margine invenitur; post voc. *agrippinam* intervallum est paulo maius quam unius versus. Tum secuntur haec: *Honestum adferre. l*: *Illam amitam* etc. Lemma: *Honestum adferre. l.* in Sangallensi quoque codice ante *Illam* exstat, sed post scholium v. 85. Abest igitur ab utroque codice sola vocula '*Et*', quae in editione Iahniana ante *Honestum adferre l.* expressa est. — Scholia ad VI 542 tria a Iahnio plane confusa sunt. Adnotat haec: 'sub — exponentes *om. P, habet tamen p et ex vet. ex. affert* Moysei. *S scholia ita disponit:* scilicet — consuerunt (*versu 11—17*), CVM — mendicat (*9—11*)'. — Videamus, quid sit in codicibus. Ad v. 542 in cod. Mont. pr. m. in margine sinistro haec adscripta sunt: *Sci-*

---

[1] Ipsos Iuvenalis versus non satis diligenter collatos esse a Bertino iam pridem monuit F. Rühl in Philol. v. XXX p. 676 sq. et fusius in Königsberg. wissenschaftl. Monatsbl. v. VII (a. 1879) p. 139 sqq.

licet. Sub obtentu religionis aliquid petit | dixit nam superius iudaeis hortos datos quos | colentes prestabant pensiones modo inquit la|borem horti declinantes transferunt se ad deos | lucri causa legem moysei exponentes. — Statim sequitur aliud scholium pr. m. una linea scriptum in margine inferiore (VI 542 enim ultimus huius paginae versus est): *Cum dedit i. l. c. p. Ideo dixit foenoque suppellex quod his pulmentaria sua et calidam aquam die sabbati servare consuerunt.* — Tertium scholium, quod et ipsum pr. m. ad suum versum (542) est adscriptum, sed in dextro margine, hoc est: *Cum dedit. Cum gallus sacerdos ac | lustrator abscesserit iudea venit | mulier quae in aurem susurrando | mendicat.* — Plane eadem verba eodem ordine, sed uno tenore scripta exstant in codice Sangallensi; litterae paucae aut desunt aut sunt additae; ut pro *iudaeis* scriptum est *iudeis*, pro *hortos ortos*, pro *prestabant praestabant.* — Deinde scholium ad VIII 229, quod in cod. Sang. hoc est: *Syrma. vestis tragice.*, in Mont. deesse Iahnius refert. At eisdem litteris suo loco in margine sinistro pr. m. scriptum exstat. — Ad schol. ad VIII 253 Iahnius in adnot. crit. haec habet: 'secundo — triumpharet *S. om. P. edidit p.*' Tamen paulo inferius ex cod. P diversam huius ipsius scholii lectionem enotat: 'NOBILIS ORN . *s* (Schopenus). nobilitati *PS.*' Unde conicias scholium non abesse a P; quod re vera ita esse Bonnetus mihi rettulit; legitur in sinistro margine; pr. m. lemmate omisso ita scriptum est, ut extrema pars schol. ad VIII 251 esse videatur. — Schol. ad X 95 (*Egregios equites. Iuxta aggerem posuit primus castra Seianus. id est super dioclecianas quae dicta sunt castra praetoria.* [sic Sang.]) Iahnius et ipsum omissum esse in cod. P adfirmat. Sed repperit Bonnetus in margine dextro; pr. m. scriptum est eisdem litteris, nisi quod ibi legitur *diocletianus* (a superscr.) et *posuit* post *primus* collocatum est. Quod vero addit Iahnius in adnot. crit.: '*sed ad 93 post* 'Suetonius' *addunt PS.*: ET CASTRA DOMESTICA. iuxta aggerem primus castra posuit aut certe praetoria.', recte se habet, si a minutiis quibusdam discedas; neque enim *Suetonius* in codicibus legitur, sed *seutonius* etc.

Liceat mihi hoc loco addere quaedam, quibus eandem Bertini collationem paulo neglegentius confectam esse confirmatur. Ad III 130 in editione Iahniana hoc exstat scholium: *Nec prior collega salutet. qui eos contemnens festinat.* Quod neque Bonnetus in cod. Mont. repperit, neque ego in cod. Sang. Originem vero traxisse videtur ex eo scholio, quod in editione Pithoeana legitur ad v. 129: *Dudum vigil. orbis.*] *Uti sibi Praetor tutorem det, qui*

eos contemnens festinat. In codice autem Mont. ad h. l. adscripta sunt haec scholia: (sinistro margine) *Praecipitem . festinantem.* — *Nec prior collega salutet . cui expectant litem . has orbas et divites vult intelligi.* — (dextro margine) *Vigilantibus orbis. Ad quos heredipeta vigilant nunc ut sibi pretor tutorem daret . qui propter pretorem vigilant . quamvis pretor eos contemnat . festinat tamen qui prior.* In cod. Sang. eadem verba exstant, sed uno tenore scripta hoc ordine, ut post: *Precipitem . festinantem.* primum sequantur verba: *Vigilantibus — qui prior.*, deinde: *Nec — intellegi*; voc. *litem* errore inter *orbas* et *et divites* collocatum. — Eodem redit, quod primae saturae inscriptio, quae exstat apud Iahnium: *Cur saturas scribat.*, neque in Mont. legitur — certe Bonnetus se eam non reperire scripsit — neque in Sang. Neque eam invenias aut apud Vallam aut apud Pithoeum aut apud Cramerum. Legitur in editione Heinrichiana a. 1839; Rupertius autem e nescio quibus codicibus vel editionibus similes titulos profert (Iuv. v. I p. 177). Dubito vero, num haec inscriptio antiqua sit; certe forma a ceterarum saturarum titulis discrepat. — Ad X 271 in cod. Mont. pr. m. in margine adscriptum est hoc scholium: *Exitus id est priami.* Idem legitur in cod. Sang. Quod tamen in nulla adhuc scholiorum editione exstare valde miror[1].

Denique cum Pithoei in vet. schol. Iuvenal. notas interdum non consentire vidissem cum eis, quae Iahnius de codicis P lectionibus adnotat, de his discrepantiis Bonnetum consului; cuius responsis plerumque Pithoeum, duobus locis Iahnium, interdum utrumque non satis diligenter lectiones codicis indicasse certior sum factus. Ad schol. enim ad IV 53 Pithoeus l. c. adnotat: '*Palfurius*) *Repone ex vet. Palfurius Sura Consularis viri filius.*' Iahnius vero ita edidit: *Palfurius Sura, consularis filius*, omisso voc. *viri;* in adnot. crit. haec tantum addit: 'Palfirius Syra *PS. corr. p.*' — Neque exstat in cod. Mont. voc. *viri*; quod a Sang. quoque abest. — Ad schol. ad VIII 66 Iahnius haec adnotat: '*vetus habuit* redarion' *p* (= Pithoeus; leguntur illa verba in notis ad vet. schol.). *ex P nihil adnotatum est.* — In codice exstat *redarum*, sed ita, ut

[1] Obiter corrigendum est mendum quoddam Iahnianae editionis; ibi enim in schol. ad II 27 haec leguntur: *Clodius et Clodium accusauerit* (P *accusauit*; e Sang. autem ego *accusaū* enotavi, non ut Iahnius refert *accusatum*), *qui et in templo bonae deae Caesaris adulteravit.* Deest: *uxorem*; quod vocabulum et in cod. Mont. et in Sang. pr. m. scriptum exstat post *adulteravit.*

facile falso quis legat: *redarion.* — Ad schol. ad VIII 148 Pithoeus l. c. haec habet: '*Adde ex vet. ex. in catabathmo.*' — Sed neque qui Iahnio codicem P contulit haec repperisse videtur, neque Bonnetus repperit. Num Pithoeus hoc loco praeter consuetudinem Vallae Probum '*vet. ex.*' nominat? Apud eum sane exstant haec verba. — Ad schol. ad VIII 207 Iahnius addit: '*vet.* descrentibus'. *p* [l. c.] . *ex P nihil adnotatum est.* — Legitur enim in codice: *decrescentib:* — Ad schol. ad XIII 33 Pithoeus in notis: '*In vet. ex. παῖδες οἱ γέροντες.*' Iahnius refert esse in P: ΠΑΕCOLΓEPONTEC. Re vera scriptum est: ΠΑΕCOIΓEPONTEC. Plane eadem exstant in cod. Sang. — Scholium ad XIV 67 in codd. Mont. et Sang. ita scriptum est: *Semodioscobis . non .* PICMATOC. Neque igitur Pithoeus satis accurate rettulit in notis: '*Vet. ex. ϱίςματος.*', neque Iahnius, qui lectione cod. Mont. non indicata edidit: *no πϱίσματος.* — At in schol. ad VII 112 et XV 5 Pithoeus sane veras cod. Mont. lectiones *in sinu* (sic Sang. quoque; i. e. *in sinum*, cf. Vallae Probum) atque *maicae* testatur; de quibus Iahnius omnino tacet.

Ut igitur summam totius disputationis breviter comprehendamus, cum nova scholiorum Pithoeanorum editio curabitur, codex Montepessulanus denuo non modo inspiciendus, sed diligentissime conferendus erit et excutiendus.

Priusquam vero a pretiosissimo hoc codice discedamus, paucis dicemus de Persianis eius scholiis. De quibus in catalogo bibliothecae (Cat. gén. des bibl. publ. des dép. tom. I p. 331) haec referuntur: *La glose de cette partie du manuscrit est moderne, sauf quelques notes rares, écrites au IXe siècle. Pithou en a tiré peu de commentaires pour son édition.* Haec non sufficiunt; accuratiora Bonnetus mecum communicavit. Ea manus, quae Persii saturas scripsit (eadem est, quae et Iuvenalis carmina et antiqua bonaque in eum scholia exaravit), pauca adiecit scholia; quae iam omnia in medium proferemus [1]:

schol. ad II 1: *Hunc* [2] *macrinc. d. n. olim* [3] *sapientes dies pacificos | numerabant adponentes lapillos albos. dies autē | malos lapillis nigris conputabant* [4].

---

[1] Diversa sunt a Cornutianis praeter schol. ad III 37 omnia. — Eadem vero exstant in cod. Sang. nr. 870; v. infra p. 22 sq., quo loco omnino de his scholiis plura disputabo.

[2] Sang. *unc* cf. infra p. 22. [3] Sang. *Olim* [4] Sang. *computabant*

schol. ad II 3: *Funde merum. g.* [1] *| merum genio | quod vinum eius | vendebant.*

schol. ad II 8: *Mens bona* [2]. *mens bona* [3] *& conscientia pura publice | orat cuius fama clarior est bona nam qui praua | postulat sub lingua* [4] *murmurat.*

schol. ad III 37: *Moverit. in. g. f. t. metafora alana quae corrupta ad pris|tinum colorem non potest reverti sic & isti.*

schol. ad III 39: *Anne magis. s. g. ac.* [5] *i. | falaris & ipse nihil | ominus rex siciliȩ* [6] *| uno eodemq. ritu in* [7] *| poenis delectabatur. | Unus ex civib; ipsius | aerarius cupiens pla|cere fabricatus est | vaccam aeream ob|tulit principi. Inter|rogatus a rege istud | quid proficerit* [8]. *ille | respondit calefac|tam missus reus* [9] *| voces poenae* [10] *ipsa | reddit istud placu|it regi iussit* [11] *cale|faci& ipsum ibi mit|ti* [12].

schol. ad III 40: *Laquearibus ensis. dionisius rex fuit siciliae. iste novo | poenae genere homines adficiebat democritis* [13] *philoso|pus iste dixit quietam* [14] *vitam esse regibus ille audito voca|bit ad prandium exhibuit* [15] *delicias & supra caput eius in filo | equino lȩgatum* [16] (corr. al. m.) *gladium iussit pendere ille propter | casum & vocem* [17] *fili illius cum nimio terrore cepit* [18] *de comere* (*de* add. al. m.) *| post consumptum prandium interrogatus a principe | dixit cum nimio metu prandidisse. ait* [19] *illi rex sub gladio | vita principum* [20] *deputata est.*

Deinde saeculo IX vel X alia manus (neque tamen eadem est atque scholiorum Iuvenalianorum aut secunda manus [S²] aut tertia [S³]) commentarium perpetuum adscribere coepit, cuius interpretamenta ex 'commento Cornuti', quod postremus etsi non idoneis usus libris neque multa cum cura edidit O. Iahn (cf. A. Zingerle Zu den Persiusscholien Vindob. 1881 pp. 26 sq. et 32), satis licenter excerpta sunt; v. autem quae Iahnius de ratione, qua illud commentum describi solitum sit, disserit proll. ad Pers.

---

[1] Sang. om. *merum. g.* [2] Sang. add. alia (?) manu: ÷ [3] Sang. add. alia (?) manu: : [4] Sang. *ligua* [5] Sang. *a. e.* [6] Sang. *sicilie* [7] Sang. *ritu · in (alia m.?) · poenis* [8] Sang. *ꝓfecerit* [9] leg. *calefacta immisso reo?* [10] Sang. *poene* [11] Sang. *iusit* (s suprascr.) [12] Cf. Cramer. ad schol. ad Iuv. VIII 81 (p. 319). [13] Sang. *democritis* [14] Sang. *quiad&am* [15] Sang. *exibuit* (h suprascr.) [16] Sang. *ligatum* [17] Haec aperte corrupta sunt; exspectes '*imminentem*'. [18] Sang. *coepit* [19] Sang. *at* (i suprascr.) [20] Sang. *principium.*

p. CLXII sq. Neque veri est simile ex hoc codice glossas Pithoeanas quas vocant esse excerptas (cf. Iahn. l. c. p. CLXV sq.); Bonnetus enim in codice aut non inveniri eas aut disiecta tantum earum membra mihi scripsit[1].

Sed alter hic librarius in schol. ad I 4 post voc. *Labeonem* scribere desiit. Incipit inde tertia manus multo recentior, quae XV fere saeculo commentarium complevit eodem quo altera vel simili usa unde describeret libro[2]. Interlineares quoque glossae maximam partem hoc tempore additae sunt.

---

[1] Ut accuratius quatenus haec scholia cum Iahnii editione eisque, quae post eum edita sunt e variis codicibus (praecipue cum Bern. nr. 665; cf. E. Kurz Die Persiusscholien nach den Berner Handschriften Burgdorf 1875), congruant, quatenus discrepent cognoscatur, specimina quaedam, quae Bonnetus mecum communicavit, hoc loco adscribam: (fol. 1ᵛ schol. ad prol. v. 1) *Satyra est dicta eo quod conviciis plena est & rep̃hensionib; hominũ. Hoc metrũ choriabicũ dicit'. ideo qu[i]a in quinto p[ede a] longa incipiat. cũ iamb; in quinto pede a brevi incipiat. Non potavi de illo fonte ut poeta fierẽ. ascre[us . .] potavit de illo fonte. Elicon mons est boetię mu[s]is di[ca]tus. Pallidã [py]renẽ dicit quia pallidos facit medi[tantes]. Persius admodũ hesitans utrũ potius militie an poetrie operã dar& tandẽ ad satyrã scribendã animũ inpulit. nec adeo voluptuose.* (Haec in superiore margine scripta sunt; in sinistro autem haec:) *Hic fabulã tangit. Forcus rex filias tres gorgones habuit. Stennio. Furiale. Medusa. Fuer̃t autẽ locuplete* (sic) *nimis. Unde & gorgones dicuntur quasi terre cultrices. ge. enĩ t̃ra. orgia cultura dr̃* etc. (fol. 2ʳ schol. ad I 1:) *Sem& ipsũ arguit. quod sciat neminem esse qui tam robuste velit studere aut vivere. quod ipse relinquat carmina quę vulgus lecturũ non sit. quoniam non sunt vulgaria. — Ait ergo curas hominũ inanes. qd̃ sine fructu laborare velint. q̃uo minime conveniat robustum ingenio & libidini luxurięq; viventi. sed hęc satyra scribitur de his qui publice captant famã ex favore eloquentiae imperitorũ. & hoc velut dialogi genus in principio ex persona interrogantis inducit* etc.

[2] (schol. ad I 4:) . . . . *Labeonẽ.* || *quia transtulit labeo iliadenen & odis[si]am verbũ ex verbo ridiculose satis. ꝑ ũba potius q̃ sensus sequitur* (? *sequuturus est* Bernensis 665). *eius versus* ÷ *Crudũ manduces priamũ priamiq; p[i]s[inno]s.* (schol. ad I 5:) *Nuge vĩ hĩ r̉p̃hẽsiõis.* (schol. ad I 6:) *Elevet laudet. altũ faciat laudã°. vel incuset.* (schol. ad I 12:) Τ *Tũc tũc cachinno.* ℞ *Conta cachinnꝰ* ÷ *cũ voce risꝰ. quẽ greci* ΜΟΝΟΓΕΛΟΝΤΑϹ. *dicũt.* ∟ *Quatuor partibꝰ vẽter cõtinetur. splene. corde. pulmone. felle. ex q̃bus autĩ signa . . . .* [ri]*sus de splene. sapere de corde. Irasci de felle. Iactari de pulmone. Petulantiꝰ ãt luxurioso ac magno atq; habundanti.* — Vita Persii in hoc codice non exstat.

Capvt II.

DE CODICE SANGALLENSI Nr. 870.

De codice Sangallensi nr. 870 (antea D 476) fusius rettulerunt Cramerus in praefat. edit. scholl. Pithoeanorum (Hamburgi 1823) p. 8 sqq., Scherrerus in catalogo librorum mss. Sangallensium (Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen, Halle 1875) p. 301, Wirzius in Herm. v. XV (a. 1880) p. 444 sqq. Cum vero Cramerus codicem non satis accurate describat, Scherrerus multis in rebus falsus sit[1], Wirzii quoque exactae descriptioni quaedam sint addenda, denuo de eo exponere nobis liceat, unde Cramerum et Wirzium suppleas, catalogum corrigas. Eximia enim viri doctissimi Fr. Buecheleri erga me benevolentia et bibliothecarii Sangallensis Idtensohnii humanitate comitateque contigit mihi, ut hunc librum hieme anni 1879 Bonnae accurate conferre potuerim; qui viri cum omnium optime de me studiisque meis Iuvenalianis meriti sint, debitas eis ex animi sententia ago gratias.

Codex Sangallensis nr. 870 membrana satis levigata forma quam in quarto vocant minore e viginti quaternionibus constat, quorum alteri singulare insertum est folium loco paenultimo (pp. 35—36); ultimo autem adiuncta sunt singularia folia duo (pp. 323—326). Paginarum numeri sero additi sunt ita, ut primi folii membranacei pagina recta numero 5 signata sit, versa numero 6 etc. In duabus quae quadragesimam quintam secuntur paginis numeri omissi sunt per errorem, itemque in paginis duabus pag. 315 sequentibus. Ita fit, ut ultimi folii membranacei pagina versa numerum habeat 326, quae sane vera omnium paginarum membranacearum summa est. Versus exstant in pp. 31. 37. 38 septeni deni, in pp. 6. 21—30. 32—36. 39. 305. 306 duodeviceni, in ceteris omnibus undeviceni. P. 5 praeter numeros codicis —

---

[1] Id quoque falso adfirmat Scherrerus editionem scholiorum Cramerianam e codice Sang. typis esse descriptam; cf. Crameri praef. p. 11. Neque Iahnium haec scholia 'e cod. Sang. denuo edidisse' recte dicit; cf. Iahn. praef. ed. Iuv. minor. p. 7.

antiquior D. n. 476 atramento, recentior 870 minio scriptus est — atque titulum recenti manu additum:

Pars satyrarū̄ Iuvenalis.
Tunc sequit̨ in easdem Cōmenta-
rius.

nihil continet nisi signum monasterii Sangallensis. Idem invenitur in pagina ultima (326) post sex versus, quibus continentur scholl. ad XVI 37—45, et haec verba eadem manu, qua maxima codicis pars, uncialibus quae dicuntur litteris scripta:

EXPLICIT GLOSVLA IN IVVENALEM POETAM·

Liber totus fere eadem manu scriptus est littera minuscula antiquiore, ita ut iure saeculo IX tribuatur, satis eleganter; falso tamen Cramerus (praef. p. 13) nullam ibi rasuram esse contendit: sunt enim haud paucae. Altera autem manu, quae etiam nitidior est, scriptae sunt p. (cod.) 259 paene tota i. e. inde a voc. *her*]-*culis* (in schol. ad XI 63) usque ad finem (*parce biberent* in schol. ad XI 77), p. 262 et p. 263 init. i. e. inde a voc. *alia* (in schol. ad XI 102) usque ad *civitas ęgypti* (schol. ad XI 124), pp. 269 et 270 dimidia i. e. a vocc. *dię aurigae* (in schol. ad XI 195) usque ad *lac sugere* (schol. ad XII 8), p. 274 init. i. e. inde a vocc. *de pinu* (in schol. ad XII 59) usque ad *ponunt*, quo vocabulo concluditur schol. ad XII 60. Tertia quaedam manus, quam et a prima et ab altera facillime discernas, scripsit pp. 293—299 dimidiam i. e. inde a vocc. *apud erodotum* (in schol. ad XIII 199) usque ad *utilis patriae* (in schol. ad XIV 71) et pp. 301 fin. —303 i. e. a vocc. *Inter militares* (in schol. ad. XIV 91) ad vocc. *ampliores videntur* (in schol. ad XIV 143). Denique correcturae per totum codicem alia factae sunt manu.

Continet hic liber: 1. pp. 6—31, ll. 1—3 versus 459 ex variis omnium fere aetatum poetis Latinis depromptos ad syllabarum ut videtur quantitatem docendam artemque versus componendi. De hoc centone similibusque duobus accuratius agam propediem in museo Rhenano; interim v. quae habent Cramerus praef. pp. 14—17 et Wirzius l. c. p. 445 sqq.

2. Secuntur unius versus spatio intermisso scholia quaedam Iuvenaliana (pp. 31—37), quibus sub finem intermixta sunt scholia Persiana et versus partesque versuum atque singula vocabula ex Iuvenalis Persiique saturis petita quantitatisque syllabarum signis instructa. Sumpsit autem haec scholia et quae eis admixta sunt monachus, qui totum fere hunc librum confecit, ex eodem codice (olim Sang. D. nr. 304), unde et centonis versus Iuvenalianos Persianosque maximam certe partem et plenum quod sequitur inde a p. 40 codicis scholiorum corpus descripsit. Conveniunt enim haec excerpta cum Pithoeanis scholiis satis accurate, nisi quod librarius interdum aut verba paulo licentius mutavit aut quaedam omisit. Id scilicet initio maxime egisse videtur, ut haberet, unde explicaret res vel voces ipsi ignotas, quae in centonis quem conscripserat versibus occurrerent; nam pauca tantum adfert scholia, quae ad locos in centone non exstantes pertinent. Quae addidisse eum puto, quia illis res aliquo modo notabilis describi vel referri videbatur. Iam adscribam eas horum excerptorum lectiones, quae a Iahniana scholiorum editione discrepant [1].

p. 31. schol. ad Iuv. VI 516: *Tiara .i. sacerdotis habitus. Nam — quod frigium* — *schol. ad VI 462: *Panetum est medicamen* — ↄ *cutem* — schol. ad VII 221: *Cadurci. Quidam — esse* om. — *dixisse* om. — schol. ad VI 89: *Segmentatis. Segmenta vitta est pendens — intexta* — schol. ad VIII 148: lemma om. *Sufflamen est — dum* ‖ p. 32. *cęperit — celaeres* — schol. ad VIII 155: *Robum .i. robustum iuvencū rufum. Unde* — *[2] schol. ad X 129: lemma scholii editi deest. *Demostenis. Philippus — demosthenem dari sibi — sumpto* om. — *schol. ad X 130: lemma scholii editi deest. *demostēnes fabri filius erat.* schol. ad VIII 66: *Epiredia .i. ornamenta* — schol. ad X 168: *Pelleo .i. alexandro magno qui in pelle civitate macedonię natus est.* schol. ad X 199: *Madidiq; infantia nasi. Ita senibus — ceu infantib;* — schol. ad XI 27: ΓΝΩCΘΙCΕΛΥΤΟΝ. *Hoc sacratis — age.* ‖ p. 33. schol. ad VIII 190: *Triscurria .i. tres currus nobiliū fabulas agentes dictum quia III simul exeunt* (*quamvis aliquit quaerentes* om.). schol. ad XI 126: *Natabeo. lucus indię ubi elefanti nascuntur.* schol. ad XIII 167: *Thrachum .i. ad* — schol. ad XIII 168: *Pigmeus. Quis — pigmeos — hoc studium est* — schol. ad Pers. II 1. Hoc Persianum scholium atque id quod sequitur (ad III 40) publici iuris fecit Wirzius l. c. p. 447 sq. [3] Legitur autem in cod. non ut ille edidit *sacrificos*, sed

---

[1] Uniuscuiusque scholii prima verba adfero; e lemmate igitur scholii editi si quae desunt, non expresse moneo. Asterisco ea scholia notata sunt, quae ad locos in centone non exstantes pertinent. — Ceterum de his excerptis cf. Wirz. l. c. p. 445 sq.

[2] Exstat in centone Iuv. X 114.

[3] Eadem scholia et in cod. Mont. 125 exstant (cf. p. 14 sq.) et in hoc ipso codice paulo inferius p. 38 sq. denuo leguntur accuratius ut videtur descripta cum aliis Persianis (cf. infra p. 22).

pacificos; deinde equidem hoc loco descripsi: *apponentes lapides* et *nigris cōputabant lapillis.* schol. ad Pers. III 40: Exstat in codice: *Ensis. Di^{ni}osius — delitias — equino* ‖ p. 34 — *iussit — Ait illi* — *schol. ad Iuv. VII 8: lemma schol. editi deest. *Pieria ē locus sup — olimpi — pierius* — *schol. ad Iuv. IV 122: *Pegma . i . theatri velam̃.* schol. ad Iuv. V 81: *Quilla. gen' piscis.* schol. ad Iuv. V 90: *Boc̆care quidã — pude..ti* — schol. ad Iuv. VI 260: *Bōbĭcinus i. sericus* (reliqua desunt). schol. ad Iuv. VI 195. ZOH. *ret. ut su^{a}p. his sermonib; in c̄cubitu grece mulieres blandiri solent.* schol ad Iuv. VI 343: *Simpiviũ est vas sacrificiis aptũ in quo pontifices lavaris solebant.* ‖ p. 35. *Simpubiũ — simpubiatrix — que — ipsũ.* *schol. ad Iuv. VIII 234: *Braccatorũ pueri .i. gallos sig̃.* (*et deest teneant.* om.) *Allobroge — allobroge · quia — Ala aũ — Dicti ergo* — *schol. ad Iuv. VIII 241: *In leŭcade .̆* (sic) *promontorio epyrę* (reliqua desunt).

Inde ab hoc loco vocabula quantitatis syllabarum signis instructa secuntur, quibus versus Iuvenaliani scholiaque intermixta sunt. Cum vero haec conscriberet monachus, relicto iam illo quod p. 19 commemoravimus consilio ad id quod summum ei propositum erat rediit, ut saturas Iuvenalis in cod. olim Sang. D. nr. 304 exstantes diligenter perlegeret et perscrutaretur disceretque, quomodo versus Latinos faceret emendatos iustosque; quo in labore passim ea quoque, quae alia de causa notabilia videbantur, adnotavit. Magnopere autem equidem eo delectatus sum, quod ex hac congerie optime cognoscebam, qua ratione et quo consilio tunc ille Iuvenalis carmina legisset excerpsissetque memorabilia, atque alii fortasse eadem re delectabuntur. Quocirca mihi liceat universam hanc ut ita dicam saturam in medium proferre; id vero moneo has glossas vocabula versus ex optimo codice esse excerpta.

Tŭnĭca (Iuv. VIII 235) *ūdo* (Iuv. VIII 242) *Tÿrannus* (Iuv. VIII 261 tyrannis) · *Epōna* (!) · *dea mulionũ* (Iuv. VIII 157; P *ponam, Sfg Eponam, pω yponam; cf. schol. ad h. l.) · *Mīmus* (Iuv. VIII 198; PΣfg mimus, ω natus) · *Cytharēda* (Iuv. VIII 198 citharoedo) *Nūgas* (Iuv. XI 171) · *tȳras* (?) *vīnosus* (Iuv. IX 113) · *clĭens* (Iuv. IX 72) *concilia* · *coa ·i· purpura greca* (Iuv. VIII 101; P co*cilia, S com̃cilia, p conchilia; cf. schol. ad h. l. et Iuv. III 81) · *sordidula* · *dim̄* (= diminutivum? Iuv. III 149) · *lictōres* (Iuv. VIII 137 lictore). *Virg̃ cũ faciã vitulam i. cũ sacrificavero p̲ frugib⁊* (cf. schol. ad Iuv. IX 117). *Mamercoriũ ·i· turpitudinis crimina* (schol. ad Iuv. VIII 192). *Mirmillo. armaturę gallicę nomen. ex pisce inditũ cuius imago in galea fingitur* (schol. ad Iuv. VIII 200). *Dētĕrĭor* (Iuv. IX 122). *Līber ·i· ingenuus* (Iuv. IX 122).

flosculus dim̄ (Iuv. IX 127). *Fiam illud · fi · semp̲ longum invenit'* (Iuv. IX 139 figam; P fiam, pω figam). *Teges* ‖ p. 36. *i· casa mendici* (Iuv. IX 140; cf. schol. ad h. l.). *fācundia* (Iuv. X 10). *cŏhors* (Iuv. X 18). *mīles* (Iuv. X 18). *rīdẽ* (Iuv. X 29 ridebat). *Cornĭcĭnes* (Iuv. X 44). *mĭnaci* (Iuv. X 52). *Pernĭcĭōsa* (Iuv. X 54). *Pūgina* (Iuv. X 58) *căballis* (Iuv. X 68) *fornācula* (Iuv. X 82). *Cŏlĭtassē* · *a colo* (! Iuv. X 116). *Fūgīlo* (Iuv. VII 227 fuligo) *Stemmata* (Iuv. VIII 1). *ponit ubiq⁊* (Iuv. VIII 238). *Sūffrāgia* (Iuv. X 77). *Bithȳno* (Iuv. X 162). *fāstīdĭă* (Iuv. X 202). *oro părum per* (Iuv. X 250). *Īncŏlŏmis troia* (Iuv. X 258; P incolumi, pf incolomi). *Pŏlūxĕnă* · *palla* (Iuv. X 262). *Quid. rōmă bĕatius umquã. finis* (i. e. versus; Iuv. X 279). *Dēstĭnat* (Iuv. X 331; ς destinet). *Flameolo ·i· quo nova nupta operitur* (schol. ad Iuv. X 334). *Sacellis ·i· templis* (Iuv. X 354; cf. schol. ad h. l.). *Candiduli porci* (Iuv. X 355). *cōgit* (Iuv. X 17 cogente). *Verba lănĭste* (Iuv. XI 8; P laniste). *Miscellania ludi ·i· cib⁊ gladiator†* · *ultima cena* · *Ideo mescellania quia quę apponuntur eis miscent. & manducant* (schol. ad Iuv. XI 20). *Solito maturius i· cicius* (Iuv. XI 88; cf. schol. ad h. l.). Libidulus (Iuv. XI 110). *Pergula* · *coquina* · *in qua voletaria pununt'* (schol. ad Iuv. XI 137). *Sumite cũ magno lepus atq⁊ aper & pygargus* (Iuv. XI 138; P sumne, pω sumine). *Pygargus fere ē in specie cervi quę retriores partes albas hab&. Ideo dictus pygargus · q̧ grece nates pigi dicuntur* (schol. ad Iuv. XI 138). ‖ p. 37. *Et schithicae volucres & poni copterus ingens* (Iuv. XI 139; PS Scythichae; P ponicopterus, gΣς phoenicopterus, pω phoenix opterus). *Copterus genus avis que hab& pennas colore feniceo in aqua semp̲ ē habundat in africe. huius rostrũ tã p̲lixũ & circũ ut nisi merso capite aqua in os ipsius ñ possit intrare* (schol. ad Iuv. XI 139). *Luxuriosus ·i· gulosus* (Iuv. XI 77). *mātĕrĭa* (Iuv. XI 133; pω materia, P materiam; cf. Iuv. XIIII 17). *Plāgārũ ·i· p̲cus̄* (Iuv. XIV 19). *Dŏmēstĭcus* (Iuv. XIV 32 domestica). *Ĭdōnĕŭs* (Iuv. XIV 71). *āmens* (Iuv. XIV 94). *haec farra* (Iuv. XIV 155). *Nocte boves macri lassoq⁊ famelica collą̊* (Iuv. XIV 146). *Mūnĭcĭpes · v̄ ·i·* (i. e. versus initio? Iuv. XIV 271) | *Et blesis atq⁊ mero titubantib⁊* (Iuv. XV 48; PSfg blesis). *Fitĭg&* (Iuv. XVI 16 litiget). *faselis ·i· testeis navigiis* (schol. ad Iuv. XV 127). *Cēntŭrĭonum* (Iuv. XVI 17) | *v̄ ·i· cōntrā pāgānŭm* (Iuv. XVI 33). *Ēllĕbŏrum* (Pers. III 63 Helleborum). *Crātĕro* (Pers. III 65). *Bĕātulus* (Pers. III 103). *Quĭrītes* (Pers. III 106). *dāc* (= dic Pers. IV 3?). *rēgŭlă* (Pers. IV 12). *Plēbēcŭla* (Pers. IV 6). *Bīle* · *fem̃ gen°* (Pers. IV 6). *Adrōdens* (Pers. V 163 abrodens Iahn. 1843 adrodens M 9. P 7. R 1 ut voluit Marcil. atrodens Mp). *Dēdĕcus* (Pers. V 163). *Pērstrĕpit* (?). *textrīcum* (?). *parasitus* (Iuv. I 139. V 145). *tuicinu* (?). *Pĕdĭcās* · *Tum gruibus pedicas & retia ponere cervis* (Verg. georg. I 307). [1]

---

[1] Exstant igitur in his collectaneis scholl. ad hos versus: ad Iuv. IV 122 (p. 34), V 81 (p. 34), 90 (p. 34), VI 89 (p. 31), 195 (p. 34), 260 (p. 34), 343 (p. 34), 462 (p. 31), 516 (p. 31), VII 8 (p. 34), 221 (p. 31),

3. Duabus quae secuntur paginis (38 — 39) continentur scholia Persiana ad II 1, II 3, II 8, III 37, III 39 de Phalaridis tauro, III 40 de gladio Damoclis, quae nuper edidit Wirzius l. c. p. 448. Compluribus tamen locis alia in codice exstant, alia ille typis exprimi iussit; certe equidem haec descripsi: schol. ad Pers. II 1: *unc macrine d. n.* (Prima littera H omissa est, quae a rubricatore adderetur) *Olim — pacificos· — computabant.* schol. ad Pers. II 3: *Funde* — schol. ad Pers. II 8: *Mens· bona* ÷ *mens bona: & consciencia — orat· — fama· — ligua* — schol. ad Pers. III 37: *Moverit* — schol. ad Pers. III 39: *Anne magis· sg. a. e. i. — nihil·ominus — sicilie· — ritu* (in) *·poenis. — Unus — Interrogatus·a rege·* || p. 39. — *ꝓfecerit·* — schol. ad Pers. III 40: *Laquearibus ensis . dionisius — siciliȩ. — adficiebat . democritis philosopus iste dixit quiadam vitam esse regibus ille — vocabit — exibuit* (h) *— iussit* — (*coepit* om. hoc loco) *terrore coepit come.re* (. de) *. — se* om. — *prandidisse . at illi* (i) *— principium* — Eadem scholia inveniuntur in cod. Montepessulano 125 pr. m. eisdem fere litteris scripta (cf. supra p. 14 sq.). Cum vero in cod. Mont. nulla praeter haec Persii saturis pr. m. adscripta sint scholia et in nostro codice integer sequatur in Iuvenalem commentarius atque sicut in illo, ita hic prima littera rubricatori addenda relicta sit, haud absurdum erit conicere in cod. olim Sang. D 304, de quo cum omnia fere, quae in nostro leguntur, tum haec descripta sunt, ad Persium scholia non fuisse nisi haec pauca[1]. Sequitur ut in eis codicibus, qui optimam Iuvenalis recensionem bonaque in eum scholia qualia hodie leguntur continebant, Persio perpetuus commentarius additus non fuerit. Sed Cornuto, qui notum in Persium commentum conscripsit, antiqua

VIII 66 (p. 32), 101 (p. 35), 148 (p. 31), 155 (p. 32), 157 (p. 35), 190 (p. 33), 192 (p. 35), 200 (p. 35), 234 (p. 35), 241 (p. 35), IX 117 (p. 35), 140 (p. 36), X 129 (p. 32), 130 (p. 32), 168 (p. 32), 199 (p. 32), 334 (p. 36), 354 (p. 36), XI 20 (p. 36), 27 (p. 32), 88 (p. 36), 126 (p. 33), 137 (p. 36), 138 (p. 36), 139 (p. 37), XIII 167 (p. 33), 168 (p. 33), XV 127 (p. 37); ad Pers. II 1 (p. 33), III 40 (p. 33).

[1] Quae verba in catal. codd. mss. bibl. mon. Sangall., quem a. 1759 Kolbius confecit, leguntur II p. 430: *D. n. 304 Persii Flacci Auli Satyrae Thebaidorum cum optimis notis marginalibus et interlinearibus in 4to membr. seculi circiter decimi*, his sane crebriora scholia indicari videntur; potest autem hic, ut in cod. Mont. 125, glossa Cornuti vel similis addita esse, postquam noster codex inde descriptus erat.

satisque ubera scholia praesto fuisse necesse est. Quorum tamen, si incertissimam Iani Parrhasii de Probi cuiusdam commentario mentionem (de rebus per epistolam quaesitis, ep. V. t. I p. 735 Gruteri lamp. cf. Iahn. proll. ad Pers. p. CLVII sq.) excipias, hodie nec vola nec vestigium apparet. Nostra autem scholia num inde deprompta sint, alii doctiores videant; id solum moneo unum ex his scholiis (ad III 37) ad verbum fere convenire cum Cornutiano (Iahn. Pers. p. 299). Ceterum sermo horum interpretamentorum pessimus ima Latinitatis tempora redolet[1].

4. Inde a pag. 40 incipit integer in Iuvenalem commentarius, qui usque ad finem libri continuatur. Adscripta sunt in superiore p. 40 margine manu satis recenti haec verba: *Incip^t glō^ Juu͠ꝰlib.* Prima totius commenti littera S omissa est, ut postea elegantius pingeretur; quod tamen non est factum. Scholia continua serie nullis intervallis scripta sunt; sed uniuscuiusque scholii littera prima uncialis esse solet; qualis tamen littera interdum tum quoque adhibita est, cum in eodem scholio novum incipit enuntiatum. Haec scholia sine dubio e codice olim Sangallensi D 304 nunc deperdito descripta esse atque accuratissime convenire cum codicis Montepessulani 125 interpreta-

[1] Si quis accuratius horum scholiorum sermonem, enuntiatorum structuras, participiorum usum, sententiarum coniunctionem, locutiones, vocabula consideraverit, ei in mentem veniat necesse est haec primitus Graeca lingua fuisse conscripta et postea ab homine haud ita erudito in Latinam versa; e. g. voc. 'pacificus' non tam Latinum sermonem redolet, quam Graecum; cf. Stephanum, Labbaeum, Passovium sub vocc. *εἰρηνικός* et *εἰρηνοποιός*; v. etiam Labbaei glossam: *κατατέτακται*, *Deputatur.* Accedit — ut Buechelerus me monuit — quod haec res optime ad studiorum litterariorum vicissitudines quadrat; Byzantii enim scholia Persiana, quibuscum Cornuti commentum nescio quo modo cohaereat, iam sexto p. Chr. n. saeculo lecta esse hoc luculentum est indicium, quod Ioannes Lydus de magistr. Rom. I 32 Persium narrasse contendit Seranum dictatorem ab aratro bubusque ad Romanorum imperium arcessitum esse. Quae verba spectant ad Pers. I 73: at hic de Serrano nihil: Quintium (!) Atilium Serranum dictatorem quis novit? de C. vel M. Atilio consule tale quid nescio quo iure narratur (cf. Plin. n. h. XVIII 3. Cic. pro Sex. Roscio XVIII 50 et schol. Gronov. p. 431 Or. Val. Max. IV 4, 5); Persius vero aperte L. Quintium Cincinnatum dicit (cf. Iahn. Pers. p. 98). At vide scholia: en Quintium Atilium Serranum dictatorem (subnatum ex versu qui adscriptus est, Vergilii Aen. VI 844), en fontem, unde Ioannes Lydus falsam loci Persiani interpretationem hausit.

mentis inter vv. dd. constat (cf. Iahn. ed. Iuv. minor. praef. p. 6). Novum vero id esse censeo in codice Sangallensi nullum omnino exstare scholium, quin in Pithoeano quoque inveniatur. Quae enim huiusmodi Iahnius adfert in adnot. crit. ed. scholl., ea falsa esse supra (p. 11 sq.) demonstravimus [1]. Sane verba quaedam Sangallensis habet, quae in illo non leguntur; velut schol. ad VIII 207 prius in Sang. hoc est: *Credamus tunice . d.̄ tunicā de funiculis*, in Mont. autem verba *de funiculis* desunt. At contra a Sangallensi nonnulla scholia absunt, quae in Montepessulano exstant, neque ea tantum, quae in hoc recentiore manu sunt addita, de quibus cf. supra p. 6 sqq., sed etiam quae prima manu scripta certeque genuina et antiqua sunt. Quorum quaedam cur omiserit monachus, qui librum nostrum scripsit, haud difficile est intellegere. Sunt autem haec:

Sat. III inscriptio in cod. Mont. haec est: QUARE UMBRICIUS URBEM DESERAT [2]. Sang. brevius: DE VMBRICIO.

sat. V inscriptio in cod. Mont.: IN PARASITOS DE CENIS CONTUMELIOSIS [3]. In cod. Sang. pr. m. in margine haec tantum addita sunt:

-- cap̄
De scenis c̄tume
liosis.

sat. VII inscriptio: *De sterilitate studiorum.* in Sang deest; ibi enim in eius locum successerunt verba: INCIP̄ DE T̄TIO LIBRO.

schol. ad VII 241: *Observare m. ne preputi ducant* (sic Mont.).

schol. ad VIII 268: *Securis. Securas qui primus consul brutus secures accepit* (sic Mont.).

sat. X inscriptio: *De votis contrariis.* in Sang. deest; eius loco haec tantum leguntur: DE LIBRO . IIII . SAT̄ IVV.

---

[1] Verbo monere liceat Iahnium in proll. ad Pers. p. CLVI falso adfirmare schol. ad VII 112 abesse a cod. Sang. deceptum ut videtur Crameri adnotatione (l. c. p. 290); quam tamen ad Vallae scholium pertinere apertum est.

[2] De sat. III inscriptione cf. infra p. 37 n. 1.

[3] Hunc titulum antiquum rectumque esse eo evincitur, quod idem invenitur in codice Vindobonensi nr. CXI Endl., de quo fusius egit A. Goebel in actis acad. Vindob. v. XXIX (a. 1858 Nov.) p. 37 sqq. In hoc enim sat. V sic inscripta est: V. IMPERASITOS DAE CENIS CONTVMELISIS (cf. l. c. p. 66).

schol. ad X 206: *Et. q. u. t. palpetur . fricetur . praepudietur* (sic Mont.).

schol. ad XI 146: *Porrigit i. c. bene poeta ostendit vestitum puerum, non tamen ornatum.*

schol. ad XIII 201: *Depositum r. t. non reddere fideicommissum, sed peierare.*

schol. ad XIII 226: *Iratus cadat. propter sua commissa.*

schol. ad XVI 21: *Curabilis ut sit. ut satis cures, quemadmodum effugias illos* [1].

Ex eis, quae hactenus disputavimus, coniciat quispiam codicem olim Sang. D. nr. 304, e quo nostri libri scholia descripta sunt, e Pithoeano fluxisse. Iahnii enim coniectura, qua codicem illum deperditum eundem esse putavit cum Pithoeano (cf. Zeitschr. f. Alterth. 1838 p. 1050 sq. et proll. ad Pers. pp. CLVI et CCXIII), postquam ex ipso codice Pithoeano de origine fatisque eius accuratiora comperimus, a nullo opinor iam defendetur. Atque ipse Iahnius in ed. Iuv. minor. praef. p. 6 extr. de hac re multo cautius rectiusque iudicat. Cum autem nuper E. Matthias in dissertatione de Iuvenalis scholiis (Halis 1875) p. 1 et Chr. Strack in libello, quem scripsit de Iuvenalis exilio (progr. gymn. Laubachensis a. 1880), p. 3 Sangallensem ex Pithoeano exscriptum videri adfirmaverint, paucis demonstrandum esse censeo neque codicem Sangallensem nr. 870 neque eum, unde descriptus est, e Montepessulano fluxisse. Compluribus igitur locis, quibus a Pithoeano discrepat, Sangallensis aut veras genuinasque exhibet lectiones, quae interdum a Probo Vallae confirmantur, aut propius ad illas accedit quam Pithoeanus, aut denique lectio Sangallensis ex Pithoeana orta esse nequit. Huiusmodi in scholiis satt. I—III haec repperi pauca quidem, sed quae ad id quod volumus probandum sufficiant (compendiis utor Iahnianis; praeterea I = ed. Iahn. a. 1851):

schol. ad I 43: *metu SVI pretii P;* schol. ad I 122: *quid&on S qui eam P quietam I*; schol. ad I 155: *piscatoriam SVI piscaturam P;* ibid.: *aleret S* (ita mea quidem collatio) *VI haberet P;* schol. ad I 157: *figebant SI figebantur V fiebant P;* schol. ad II 5: *invenies SI inveniet P;* schol. ad II 99: *uebricū S Bebriacum I uebrycum P;* ibid.: *bebriacū vicū S Bebriacum vicum I bebrya-*

---

[1] Neglegentia vel oscitantia librarii omissa sunt etiam in schol. ad IX 76 verba: *alii ut nubat sive* atque in schol. ad X 153 verba: *deinde acetum acrum suprafundebat et sic cecidit.*

cum vicum P; schol. ad III 17: *conçubium S connubium V concubium PI* (? cf. schol. ad I 91: *subministrante S* [pr. m., sed e corr. in *is*] *VI subministrantis P*); schol. ad III 100: *minus S unus I mimus P;* schol. ad III 196: *crepturus S crepaturas I erepturas P;* schol. ad III 308: *pastus S* (ita mea quidem collatio) *VI pastos P.*

Sequitur ergo codicem Sangallensem in edendis his scholiis minime esse neglegendum. Sed cave ea sufficere putes, quae Iahnius in adnot. crit. edit. scholl. de scripturis huius libri adfert. Adnotavit enim ea tantum, quae alicui ipsi esse videbantur usui[1] (cf. Wirz. l. c. p. 444), neque quae adnotavit, omnia recte; e. g. in schol. ad I 33 extr. (Iahn. p. 176, 2) in codice Sang. non exstat *scelere dilationis*, sed *scelere dānationis*, non *usunio*, sed *usimio;* in schol. ad II 142 (Iahn. p. 195) non ut Iahnius refert *civitatē tē*, sed *civitatē tc̄* legitur, ut in cod. Mont., in schol. ad III 274 non *putaris*, sed *putas* (hoc loco sane typothetae errore S pro s [Schopen.] positum esse videtur).

Capvt III.

DE VALLAE PROBO.

Iam nobis quaerendum est, quale fuerit illud in Iuvenalem commentum, quo usus est Georgius Valla in editione Iuvenalis Veneta a. 1486. Fundamenta vero totius huius quaestionis ea esse debent, quae ipse Valla de illo commento tradit; neque enim alius quisquam de eo novi quid rettulit[2]. Ipse autem codex periisse

[1] De ordine scholiorum, qui in codice plurimis locis alius est atque in editione, quamquam interdum maximi est momenti, Iahnius nihil fere adnotavit.

[2] Perquam mirum est, quod in Domitii Calderini in Iuvenalem commentario, qui primus prodiit Romae a. 1474 (cf. Rupertii Iuven. v. I p. CLXVI), ad sat. I v. 158 haec adscripta sunt: '*Tigillinum aptissime intelligit: nam verba sunt Iuvenalis ad id respondentis, quod dixit: pone Tigillinum: nullum tamen exstat testimonium, nisi quod circumfertur ex libello Probi grammatici his verbis. M. Ophonius Tigillinus homo omnium nequissimus tris patruos habuit; quos omnes, ut eorum*

videtur; certe quid eo factum sit, nemo est virorum doctorum qui sciat. Magnopere igitur dolendum est ne Vallam quidem, qualis ille fuerit, satis accurate descripsisse. Haec tantum de eo in praefatione: '*Sane*, inquit, *comperti mihi sunt nuper probi grammatici in iuvenalem commentarii quantum adhuc audiverim nulli alii cogniti sed mirae brevitatis: alioquin tamen perquam opportunos aliquando se nobis obtulerunt: obtulissent vero sese adhuc magis nisi nobis singula rimantibus codicis nimium cariosa invidisset vetustas: et si in omnes libros comperti habeantur: qui vix tertii libri secundam attigere satyram. Invigilavimus vero ipsi si modo id consequi potuimus: ut omnis huius poetae pateret eruditio: probi interpretamenta cuiusmodi ea fuerunt: quae plane perexigua sunt ne in minima quidem parte subtraximus: aut immutavimus.*' Ad VIII vero sat. v. 198 Valla haec adnotat: '*hic nos iam deserit probus nec ultra hunc locum quantum ad me pervenerit interpretatus est quicquam.*' Haec sunt omnia, quae de codice illo Valla narrat; ut igitur accuratius eum cognoscamus, praecipue ut videamus, quae inter eum et Pithoeana scholia intercedat ratio, diligenter inspiciamus oportet et perscrutemur Vallae in Iuvenalem commentarium. Sed ante indicandos esse censeo, qui adhuc de hac re scripserint. Breviter Pithoeus eam attigit in 'monendis', quae adiecit Iuvenalis editioni Parisinae a. 1585, quae compluries iam commemoravi. Post eum iudicium de hac re fecerunt Cramerus non omnibus partibus iustum rectumque l. saepius c. p. 4 sqq., falsissimum vero Osannus in

haereditatibus potiretur, veneno absumpsit: subtractisque anulis et falso tabulis signatis haereditates summo scelere consecutus est'. Usus est hoc loco Mancinellus, qui in suo commentario (Venetiis a. 1492) haec adnotat: '*Tribus patruis: de ipso tigillino intelligendum: probus enim (ut aiunt) sic scripsit: M. ophonius tigillinus homo*' cet. ut supra. Sed ne Calderinus quidem Probi libellum inspexisse videtur, quoniam circumferri hoc testimonium dicit, sed descripsit e nescio quo proximae aetatis scriptore. Id vero maxime miror Vallam hunc locum prorsus aliter explicare; adnotat enim haec: '*generaliter dixit* (cf. schol. Pith. ad h. l.) *de quocumque ut* (leg. *vel*?) *sui temporis aliquo*'. Videtur igitur illud Calderini interpretamentum in Vallae codice non exstitisse (cf. tamen Vallae adnot. ad I 68: . . . *Sunt qui hunc damasippum qui orphonium tigillinum velint*); unde conicias etiam alterum codicem tum in Italia fuisse, in quo scholia Iuvenaliana nescio cuius pretii Probi nomine ornata exstarent. Ceterum cf. quae de Probi nomine infra p. 73 disputata sunt.

libro, qui inscribitur 'Beiträge zur griech. und röm. Literaturgeschichte', v. II p. 279. Fusius deinde rem tractaverunt Schopenus ea adnotatione, quam scripsit ad vitam Iuvenalianam in edit. Heinrichii v. I pp. 327—329, et Iahnius in proll. ad Pers. p. CLIV sqq., atque hi quidem quod ad rei summam pertinet satis recte; nuper denique E. Matthias l. c. p. 1 sq. et Chr. Strack l. c. p. 3 sqq. Qui omnes quatenus recte, quatenus falso iudicaverint, iam ipso Vallae commentario inspecto videamus.

Ac primum quidem quaerendum est, quibus indiciis agnoscamus, quid de Probo suo deprompserit Valla; deinde quemadmodum Valla codice suo usus i. e. quam religiose eius excerptis codicis exemplar redditum sit; postremo quae ratio intercedat inter Probi scholia atque Pithoeana. Agnoscuntur igitur in Vallae commentario ea facillime Probi interpretamenta, quibus hoc nomen adiectum est a Valla; quos locos collegit Iahnius proll. ad Pers. p. CLV nn. 1. 2. 4[1] atque adscripsit omnes fere[2] in adnot. crit. ed. scholl. Berol. a. 1851. Id tamen in multis horum locorum dubium est, aut unde Probi verba incipiant, ut in interpretamentis ad I 155 sqq., aut quo vocabulo concludantur, e. g. in scholio ad V 109, cum neque initium neque finis singulorum Probi scholiorum ullo signo in Vallae commentario indicetur. Multo vero plures sunt loci, quibus Valla Probum tacite usurpavit; id quod neque Cramerum fugit, qui l. c. p. 5 sq. ita: '*Nam*, inquit, *volvendo illum Vallae Commentarium ...... Vallam .... compertum habemus, non solum ad suam multoties orationem Scholiastae verba contorsisse, sed etiam plurima suppressisse, alia sibi adscripsisse*', neque Schopenum (l. c. p. 328: '*Et reperiuntur apud eum multa, quae, etsi aperte a Probo mutuatus est, tamen pro suis venditat*'), neque Iahnium, qui in proll. ad

[1] Monere liceat hoc indiculo non omnes locos contineri, quibus Probus a Valla nominetur; e. g. desunt: ad I 52. III 11. 111. 116. VI 321. VIII 145. 198; neque adnotatum est, si quando ad eundem versum Probi nomen compluries a Valla memoratum est, ut ad I 7 ter, ad I 33 bis, ad III 263 bis. Cf. meum indiculum infra p. 34.

[2] Desunt tamen hic quoque loci pauci; e. g. ad III 320 Valla adnotat: *locus est in gallia: qui sic appellatur: ut Probus scribit;* ad VI 40: *Mulorumque iubis. inquit Probus cristis τοῖς λόφοις.* Neque semper pleni loci adscripti sunt a Iahnio; e. g. ad II 28 integra Vallae nota haec est: *Sed dicant discipuli tres: dicant in tabula; hoc est syllam sevitiae arguant Caesar Pompeius Crassus qui sylle fuere discipuli: aut certe tres discipuli: Augustus* etc.

Pers. p. CLIV se his locis nunc non uti dicit atque in adnot. crit. edit. scholl. Berol. a. 1851 multos eorum attulit. Unde igitur talia interpretamenta e Probo sumpta esse deprehendere licet? Inde nimirum, quod plus minus (saepissime enim ad verbum) conveniunt aut cum scholiis Pithoeanis aut cum interpretamentis aliorum quorundam deterioris generis codicum, imprimis Leidensium Voss. nr. 18 et nr. 64 bibl. publ. nr. 82, de quibus cf. supra p. 6 n. 1, atque Parisini lat. nr. 7730, e quo Keilius edidit 'glossas in Iuvenalem' in indice scholl. in un. Halensi p. aest. a. 1876 habb. Nam haec quoque scholia Vallam e Probo suo deprompsisse eo evincitur, quod interdum talia ad ipsum nominatim refert neque se aliis scholiis usum esse ullo verbo indicat. Quomodo vero explicanda sit mira haec res, infra videbimus. Quid autem si Valla Probo non nominato ab hoc ea mutuatus est, quae neque in Pithoeanis scholiis reperiantur neque comparatis aliis codicibus agnosci possint? Ex huiusmodi scholiis, nisi confugere velis ad sermonis inquisitionem, genus quaerendi perquam dubium incertumque in tali scriptore, ea tantum deprehendere licet — quae sane maximi sunt pretii — quibus novi quid traditur, quod aliunde haurire Valla nullo modo potuerit quodque in se omnes ut ita dicam numeros veritatis habeat. Luculentum huius generis exemplum protulit tractavitque Iahnius in mus. Rhen. v. IX p. 627; ad IV enim sat. v. 94 Valla haec adnotat: *Acilius glabrionis filius consul sub Domitiano fuit Papinii Statii carmine de bello germanico quod Domitianus egit probatus.*

Lumina nestorei mitis prudentia crispi.
Et Fabius[1] *veiento: potentem signat utrumque.*
Purpura ter memores implerunt nomine fastos.
Et prope cesareae confinis acilius aulae.

Qui versus cum alibi nusquam inveniantur, certum est Vallam eos ex Probi scholiis deprompsisse.

Iam videamus, quam religiose Vallae excerptis codicis Probi imago exprimatur. Ac primum quidem quaerendum est, utrum Valla omnia, quae in codice exstabant, scholia vel paene omnia in usum suum converterit, an ut Cramerus putat l. c. p. 4 sqq. pauca tantum, ubi ex usu ipsi videbatur, ἀποσπασμάτια inseruerit de libro suo, plurima autem suppresserit. Posteriori sententiae obstant ipsius Vallae verba, quae supra (p. 27) exscripsimus, quibus se Probi interpretamenta, cuicuimodi ea fuerint,

[1] Dubito cum Iahnio corrigere *Fabricius*.

ne minimam quidem partem subtraxisse contendit. Sed Cramerus (l. c. p. 5) fidem hominis vacillare adfirmat. Nobis magna in hac re diiudicanda opus esse videtur cautione, cum quae scholia in codice deperdito exstiterint, quae ab eo afuerint, certo dici nequeat. Ceterum primae quidem saturae omnia fere scholia, quae in codd. Mont. et Sang., in Vallae quoque commentario aut integra reperiuntur aut certa eorum vestigia[1]. At ex Pithoeanis ad ceteras saturas scholiis in Vallae commentario desunt permulta. Sed possunt haec etiam ab ipso Probi codice afuisse, et plurima eorum re vera afuisse persuasum mihi est; cf. infra p. 68 sq. Magnus autem eorum locorum est numerus neque ut videtur a Cramero quantus sit satis perspectus, quibus tacite Valla Probum in usum suum convertit; ipse vero plane perexigua fuisse Probi interpretamenta adfirmat. Quid porro si propter cariosam codicis vetustatem multa omnino non iam poterant legi? cf. ipsius Vallae verba (supra p. 27). Adde quod Valla saepius scholia perexigua et quae nihil novi adferrent in commentarium suum inseruit eo tantum permotus, quod Probi erant, ut ad III 11: *stetit redam spectans*, et ad IV 4: *in minore debilis scelere.* Quamquam igitur Vallam codice suo satis diligenter usum esse neque quidquam omisisse censeo, quod maioris esset momenti, id tamen concesserim pauca eum suppressisse scholia, quae aut plane inutilia et supervacanea ei visa sunt, ut schol. ad I 6′ (ad quem versum haec tantum adnotat: *Necdum finitus orestes : de oreste tragoedia : nota autem satis est de oreste fabula*), aut quorum loco aliorum scriptorum testimonia adferre potuit; velut ad IV 23 pro prima parte scholii Pithoeani (*Apicius auctor praecipiendarum caenarum, qui scripsit de iuscellis*) haec exhibet: *Apicius . qui scripsit de ciborum condimentis, ut Plinius*[2] *meminit.* Exstitisse autem scho-

---

[1] Desunt neque omnino apparent scholl. Pith. ad I 1. 6. 10. 23. 26 alterum. 47 primum et alterum. 52 prius. 56 alterum et tertium. 58. 65. 66 prius. 75. 76. 78. 83. 85. 87. 90. 93. 106. 118. 122. 126. 129. 140. 142. 144. 149 prius. 156. 159 prius. 163. 168 alterum. 169.

[2] Plinius Apicium vel Apiciana quinque locis (n. h. VIII 209. IX 66. X 133. XIX 137. 143) commemorat neque tamen usquam aut illum titulum adfert aut Apicium librum conscripsisse expressis verbis refert. Neque aliunde illa inscriptio nota est; quam unde Valla habeat, nescio; cf. tamen titulum, quo liber, qui alias inscribitur 'Caelii Apicius de re coquinaria', in editione Humelbergii (Tigur. 1542) instructus est: 'De opsoniis et condimentis sive arte coquinaria' (Bähr. Lat. Lit. ed. IV v. III p. 308 n. 2), et schol. Queroli p. 22, 18 Peiper.

lium Pithoeanum in codice Vallae eo probatur, quod reliquam eius partem adhibuit, cum id quod sequitur interpretamentum conscriberet: *Miser et frugi . Marcus apicius fuit, si cum crispino comparetur, cum ille gulae haberetur exemplum* (cf. schol. Pith.: *fuit nam exemplum gulae. Hoc tu* [*frugi*]. *ad comparationem Crispini*).

Cum igitur hoc in genere Vallae fidem defendere potuerimus, in alia re idem non licere vehementer dolemus. Quod enim iam antea Cramerus (l. c. p. 5 extr.), Schopenus (l. c. p. 328), Iahnius (proll. ad Pers. p. CLV), Matthias (l. c. p. 2), Strack (l. c. p. 3) viderunt atque adfirmaverunt, id nos quoque Vallae commentarium accuratius perscrutati verum esse cognovimus: rarissime integra scholiastae verba adfert; solet vero Probi interpretamenta aut verbis aut verborum ordine immutatis, aliis omissis, aliis additis, contaminando, detrahendo, interpolando ita reformare, ut saepissime sui prorsus dissimilia evaserint. Quod cum maxima exemplorum copia confirmari possit, ne in nimiam molem hic libellus excrescat, locum unum atque ut mihi quidem videtur maxime idoneum ex Vallae commentario decerpam adscribamque scholium Pithoeanum, ut quivis ipse possit iudicare.

Ad I 35

Valla:	codd. Mont. et Sang.:
Quem massa timet. massa : ut probus inquit : morio traiani fuit. Plinius tamen in epistolis (VI 29, 7). *affui beticis inquit contra bebium Massam . et tacitus in hystoria* (IV 50) *bebius massa * procuratoribus aphricae iam tum optimo cuique exitiosus.*	*Quod superest . q . M. Massa morio fuisse dicitur,*
Quem munere palpat carus. Carus inquit Probus nanus fuit traiani. Plinius autem in epistolis (I 5, 3; VII 19, 5) *metium carum quendam nominat. Palpat blanditur unde palpones. Plautus in amphitrione* (I 3, 28) *timidam palpo percutit. Thimele summissa latino.*	*et Carus nanus,*
Latinus actor fuit . i . minimus. oẽs autẽ hi fuerunt: ut mea	*Latinus vero actor mimicus. hi omnes Neronis fuerunt liberti*

fert opinio: libertine conditionis ac sub Nerone delatores. latinus inquit probus quasi conscius adulteriorum messalinae occisus est a Claudio. Thimele rogabat Heliodorum ipsum: eumque placabat adulteriis unde martialis (I 4, 5 sq.). *Qua thimelem spectas derisoremque latinum. illa fronte precor carmina nostra legas.*

et deliciae Augusti, sed et nequissimi delatores.
Latinus autem mimus quasi conscius adulterii Messalinae uxori Neronis ab ipso occisus est. Massa autem et Carus Heliodoro deferente occisi sunt. cuius futuram delationem ita metuebant, ut ei munera darent. nam Latinus mimus Thymelenem mimam summittebat ad mitigandum.

Ex hoc exemplo satis superque intellegi puto, qua fide, immo qua licentia Valla Probi interpretamenta usurpaverit; gravissimum autem crimen simul in illum intenditur: sibi enim adscribit, quae Probi sunt, cum dicit 'ut mea fert opinio'. At de libertina Massae Cari Latini condicione nusquam alibi traditum est quidquam nisi in scholio Iuvenaliano supra adlato. Neque verum est tres illos homines sub Nerone delatores fuisse (cf. Tac. Agric. c. 45. hist. IV 50. schol. Pith. ad Iuv. IV 53)[1], neque

[1] Totum hoc scholium nugis est refertum: Traiani nomen, quod apud Vallam additur, sicut in scholio ad I 33, ita hic falso intrusum est; mirum vero maxime est neque credibile Massam, Africae et Baeticae procuratorem illum avarissimum et delatorem saevissimum, morionem fuisse atque Carum, famosissimum Herennii Senecionis accusatorem, nanum, quamquam hoc bis a scholiasta adfirmari videtur (cf. verba quae secuntur: *hi omnes . . . . fuerunt . . . . deliciae Augustis*). Sed fac scholiastam alios homines ac nobis prorsus ignotos intellegi voluisse: iam alius insimulandus est erroris, quoniam Iuvenalis quidem nobiles hos quos supra scripsimus viros dixit. Quae iam secuntur (*Latinus autem — occisi sunt*), aperte sunt falsa; quae enim de mimo narrantur, non ad Latinum, sed ad Mnestera pertinent (cf. Tac. ann. XI 36). Nam neque cum Paride histrione, qui floruit sub Nerone (cf. Suet. Ner. 54. Cass. Dion. LXIII 18), neque cum Paride pantomimo, qui iussu Domitiani in media via interfectus est (cf. Cass. Dion. LXVII 3. Suet. Dom. 3), Latinum esse confusum demonstratur et nomine Messalinae et ipso crimine, propter quod occisus esse dicitur (*quasi conscius adulterii M. occisus est*); unde corrigenda sunt, quae disserit Fr. Strauch de personis Iuvenalianis p. 37. Neronis autem nomen, sicut aliis locis permultis, ita hoc falso positum est, atque hic quidem pro 'Claudii'; quod quamquam in Probo exstitisse Valla testari videtur, tamen id pro Neronis nomine in edendo hoc scholio substituere valde dubito, quia

unde Valla hoc contendat, explicari potest, nisi concedas eum e Probi interpretamento falsum coniecisse. Ne eis quidem locis, quibus illum prorsus eadem e Probo referre Iahnius adfirmat (proll. ad Pers. p. CLV), quae a Pithoeo et e cod. Sang. edita sint, integra Probi verba adfert; etiam ex his Vallae interpretamentis ne unius quidem verba cum Pithoeanis omnino consentiunt; quod magnam partem diversis ipsius codicis lectionibus effectum esse cave censeas; immo compluribus horum locis aperte ipse scholia, quae in codice suo invenerat, plane commutavit, e. g. schol. ad I 71.

Quibus vero causis Valla permotus est, ut verba codicis mutaret? Saepissime ea, quae in Probi libro corrupta aut erant aut esse videbantur, suo arbitrio emendavit atque, quae omnino legi non poterant propter cariosam codicis vetustatem, e suo ingenio supplevit[1]: id quod aetati isti condonabimus. Etiam saepius eo impulsus est, quod sermonem, quo scholiasta utitur, improbandum corrigendumque censebat. Accedit quod ei Probi interpretamenta saepe longiora videbantur, quam ut integra adferret; interdum singula scholii alicuius verba melius ad singula poetae verba

qui haec conscripsit, accurata certe antiquitatis notitia carebat, Valla autem falsum illud nomen suo arbitrio emendavisse potest. Carum vero — nam Massa qua ratione sit mortuus, incertum est — non occisum esse delatum ab Heliodoro, licet alius Heliodorus intellegatur atque ille, qui Neronis aetate L. Iunium Silanum detulit (cf. schol. ad Iuv. I 33), certissime evincitur Martialis epigrammate X 77. Inculcavit igitur Heliodorum homo sciolus, qui eum delatorem fuisse in scholio ad I 33 legerat; cf. Strauch, l. c. p. 27. Iam iure concludas ea quoque, quae adduntur (*cuius — mitigandum*), ficta esse atque ex Iuvenalis verbis temere coniecta. Vereor autem, ne haec (inde a vocc. *Latinus autem*) non sint veteris illius interpretis, qui tot tantisque rebus recte explicatis se non indoctum rudemve ostendit.

[1] Permultis tamen locis, quibus Valla emendatiora exhibet scholia, non sua coniectura, sed probis codicis sui lectionibus nisus est (cf. Schopen. l. c. p. 328 extr.), ut in scholl. ad I 43. 48. 95. 113. 133. II 86. 98. III 20. 23. Etiam in schol. ad III 214 non ut vult Matthias l. c. p. 2 corrupta codicis verba suo arbitrio emendavit, sed in ipso codice interpretamentum emendatius invenerat; cf. Schopen. l. c. p. 358 et glossam interlinearem cod. Voss. nr. 18: *tunc odimus: ut prae tristicia focum in domo nostra non patiamur accendi quasi lugentes.* Sane hic quoque Valla quaedam ad suum arbitrium mutavit, sed quae in codice sana fuisse mihi quidem persuasum sit, ut pro '*tristitia*' '*maesticia*', pro '*in domo nostra*' '*apud nos*' scripsit etc.

adscribi putabat, quorum quasi glossae essent: ut scholium ad I 2 prorsus divellit. Si vero quando scholiasta praesenti ut de sua aetate verbi tempore utitur, Valla praeteritum usurpat; e. g. in schol. ad III 11 codd. Mont. et Sang.: *Madidam. ideo quia supra eam aquaeductus* e s t . . ., Valla autem: *madidam ideo quod supra eam aquaeductus* e r a t *ut ait Probus.* Denique Valla non curavit, ut qui commentarium suum legerent, Probum haberent integrum plenumque, sed id maxime egit, ut Probi interpretamentis usus quam plurimos Iuvenalis locos explicaret illustraretque; cf. quae in praefatione dicit (supra p. 27): *Invigilavimus vero ipsi* etc.

Nunc accedere licet ad id, quod est summum in tota quaestione. Quaenam ratio intercedit inter Vallae Probum et scholia codd. Mont. et Sang.? qualis fuit Probi commentarius is, quo usus est Valla? Ac primum quidem videamus, quot et quae scholia e Probo deprompta Valla in usum suum converterit, quaeque ex eis in Mont. et Sang. inveniantur codicibus; deinde statuamus, quatenus singula Probi interpretamenta cum singulis scholiis Pithoeanis conveniant, quatenus ab illis differant.

Primum igitur adscribam, quibus locis Valla Probum nominet (cf. supra p. 28 n. 1). Commemorat eum ad Iuv. I 7 ter. 20. 27. 28. 33 bis. 35 ter. 51. 52. 71. 76. 82. 95. 109 bis. 111. 116. 121 bis. 128 bis. 138. 155. II 28. 29. 59. 60. 67. 92. 99. 106. 118. 124. 142. 143. 148. 152. III 11. 31. 36. 38. 67 bis. 74. 116. 168. 192. 201. 204. 210. 214. 231. 237. 263 bis. 266. 283. 320. IV 27. 53. 67. 81. 117. V 8. 25. 30. 36. 38. 48. 72. 89. 109 bis. 155. 165. VI 26. 32. 34. 40. 44. 66. 153. 238. 321. 322 bis. 343. 345. 351. 365. 387. 397. 401. 459. 519 bis. 524. 537. 552. 583. 614. 631 bis. 638. VII 80. 89. 110. 112. 114. 130. 134. 143. 154. VIII 145. 148. 168. 185. 198.

Horum locorum numerum si comparaveris cum numeris omnium uniuscuiusque saturae versuum, invenies Probum a Valla saepissime in primae saturae commentario, deinde, si quartam exceperis, ad quam ut quinquies tantum Probus commemoraretur, casu aliquo factum esse videtur, ad singulas rarius nominari. Primae enim saturae circiter ad sextum quemque versum nominatur, secundae ad duodecimum fere, tertiae ad quintum decimum, quartae ad tricesimum, quintae ad sextum decimum, sextae ad tertium et vicesimum, septimae ad septimum et vicesimum, octavae — si consideraveris in versu 198 huius saturae Probi fuisse finem — ad quadragesimum fere.

Horum interpretamentorum dimidia fere pars in codd. Mont. et Sang. exstat, dimidia ab eis plane abest; ad hos enim versus prorsus nova scholia Valla Probo nominato profert (Iahniani numeri in proll. ad Pers. p. CLV nn. 1. 2. 4 haud satis recte se habent): I 20.[1] 76. 109. 109. 121. 121. II 60. 67. 118. 143. III 36. 168. 201. 210. 237. 320. V 8. 30. 36. 38. 48. 72. 109. 109. 155. 165. VI 26. 32. 40.[1] 66. 238. 321. 322.[2] 322. 345. 365. 387. 397. 459. 524. 537. 583. 614. 631. 631. VII 130. 134. 143. 154. VIII 145. 148. 198.

Ex his locis maxime notabiles sunt ei, quibus in Pithoeanis plane aliud exstat scholium; qua in re respiciendum est scholia Pithoeana a recentioribus interpolationibus satis libera esse; sunt vero hi: ad I 76. II 143. III 36. 168. 210. 237. 320. V 8. 48. 165. VI 238. 321. 322. 345. 387. 397. 459. 524. 631. VIII 145. 148. 198.

Aliis autem locis eis scholiis, quae in Mont. quoque et Sang. codd. leguntur, nova eorundem Iuvenalis verborum explicatio additur novo ac singulari scholio; cf. Vallae interpretamenta ad I 51. 116. 128. 155. II 92. 124. 148. III 38. 67. 74. 231. 263. 283. IV 27. VI 351 (cf. Vallae adnot. ad I 121). VII 89. VIII 168. 185.

In his vero scholiis, quae Vallae demum commentario nobis innotuerunt, habes quae notae sint optimae, ut scholl. ad I 20. 109. V 36. 109. VI 537. VII 134. Alia satis vilia; sunt etiam quae a docto grammatico profecta esse nequeant, ut ineptum ad VII 154 interpretamentum, de quo cf. Crameri adnot. p. 296 sq.[3]

---

[1] Scholl. Pith. ad I 20 et VI 40 in cod. Mont. interpolata absunt a Sang. (cf. supra pp. 6 et 9).

[2] Hoc de duabus 'Medulinis' interpretamentum isto loco non invenitur in Pithoeanis; sed depromptum est e scholii quod in Pith. exstat ad VI 434 parte extrema et falso a Valla ut videtur ad Medullinas translatum, cum proprie fuerit de Messalinis.

[3] Non neglegendum est absurdam h. l. explicationem eandem inveniri apud Papiam; qui quae de vocabulis Iuvenalianis profert, ex Cornuto plerumque fluxerunt. Eodem redit, quod a Valla e Probo tria interpretamenta adferuntur, quae cum a codice Sang. absint, in Mont. secunda manu interpolata sunt atque in Cornuti codd. Leidensibus leguntur; sunt autem haec: Ad I 32 in Vallae commentario exstat: *Causidici mathonis. advocati qui sceleribus dives effectus est*; cf. supra p. 6; ad VI 40: *Mulorumque iubis. inquit probus cristis τοῖς λόφοις*; ad VI 476: *Periit libraria. lanipendia*; cf. supra p. 9. Sed de tota hac re v. infra p. 70 sq.

Conferre licet cum hoc scholium aeque ineptum, quod in Pithoeanis ad IV 133 legitur; id autem in Vallae commentario non reperitur.

Singula autem interpretamenta, quae et apud Probum et in codd. Mont. et Sang. leguntur, rarissime tamen utrobique eisdem verbis scripta sunt. Saepe enim scholii Pithoeani pars satis gravis et re nova insignis in Vallae commentario desideratur, his locis: ad I 35. 52. II 124. III 11. 11. 74. IV 27. 53. 67. 81. 117. VI 34. 154. 343. 351. 519. 552. 638. VII 80. 89. 110. 114. VIII 185.

Contra alia scholia Valla pleniora adfert atque integriora, ita ut ad Pithoeana saepissime novae res adiciantur; cf. Vallae interpretamenta ad I 7. 27. 116. 138. II 28. 92. 106. 152. III 38. IV 53. 81. 117. V 89. VI 34. 44. 351. 401. 519. 638. VII 89. 114.

Ne quid desideretur, etiam eos locos indicabo, quibus Valla Probo nominato gravibus rebus neque additis neque omissis plane eadem adfert, quae in Pithoeanis exstant. Verborum quidem rationem non habui, sed rerum tantum. Sunt igitur hi: ad I 28. 33. 71. 82. 95. 111. II 29. 59. 99. 142. III 31. 192. 204. 214. 266. V 25. VII 112.

Verba autem scholiorum e Probo adlatorum quod a lectionibus codd. Mont. et Sang. saepissime aliquo modo discedunt, id interdum cariosae codicis vetustati, plerumque autem Vallae licentiae imputandum esse vidimus; cf. supra p. 33 sqq. Neque tamen desunt in his Probianis eiusmodi scripturae, quibus Pithoeanorum scholiorum corruptelae felicissime emendentur; cuius rei si quis exempla desideret, conferat velim supra p. 33 n. 1.

Sed ne quid hinc incautius coniciamus, reminiscamur saepissime Probum a Valla tacite usurpari; neque igitur tales loci debent praeteriri. Atque ut quam accuratissime in aliqua saltem parte operis Valliani statueretur, quatenus Probi esset, tertiam et octavam saturas elegi, in quarum commentarium diligentius inquirerem. Ad has enim solas praeter Pithoeana Leidensia scholia publici iuris facta sunt a Schopeno (progr. gymn. Bonn. a. 1847), qui tertiae, et a Gigchio, qui octavae saturae scholia edidit (libelli supra p. 6 n. 1 commemorati p. 21 sqq.). Addidi partes quasdam commentarii saturae quartae et sextae, quo certius constaret de toto Vallae opere iudicium. Quinquepartitae igitur paginae prima columna eos enumerabo Iuvenalis versus, ad quos exstant scholia in codd. Mont. et Sang., non exstant in Vallae

commentario, altera eos, ad quos quae pertinent scholia Pithoeana, etsi non eisdem verbis a Valla adferantur, tamen ab eo lecta et usurpata esse certis constat argumentis; tertia ea indicabo scholia, quae et in codd. Mont. et Sang. et in commentario Vallae inveniuntur; in quarta eos ponam versus, ad quos Valla praeter Pithoeanum novum adfert interpretamentum, in quinta denique, ad quos quae Valla exhibet e Probo deprompta, usquequaque a Pithoeanis scholiis sunt aliena.

Ad hos igitur versus quae pertinent scholia Pithoeana, in Vallae commentario				Ad hos autem versus Valla ea tantum e Probo deprompsit, quae non exstent in codd. Mont. et Sang.:
desunt:	usurpata tantum sunt:	eisdem fere verbis adlata:	usurpata aut adlata, sed novum scholium additum est:	
III 1 (Inscriptio)				III 1 [1]
1				
2				

[1] Valla: *Quamvis digressu veteris confusus amici. de urbis incommodis et de recessu umbricii locuturus urbis romae consuetudinem detestatur sub persona umbricii amici sui.* Hoc interpretamentum satis inconcinnum a Valla conflatum esse videtur ex inscriptione, qua tertia satura in codice Probi instructa erat, atque ex primo eius scholio. Similis enim huius saturae titulus (*De malis urbis*) exstat in cod. Vindobonensi nr. CXI Endl., quem iam commemoravimus p. 24 n. 3, atque Rupertius (Iuv. v. I p. 177) e nescio quibus codicibus hos titulos adfert: *Urbis incommoda. — De incommodis Urbis;* imprimis autem cf. inscriptionem tertiae saturae, quae legitur in codice Nicaeensi saec. XII, de quo nuper rettulit C. Beldame in Revue de philologie v. VI (a. 1882) p. 76 sqq.: *De Urbis incommodis et digressu Umbritii* . . . . Dubito autem, an huiusmodi fuerit saturae titulus antiquus et genuinus; cf. schol. Pith. ad III 315: *poteram et alia incommoda urbis dicere, nisi animalia me vocarent.* Illius enim inscriptionis, quae in cod. Mont. pr. m. scripta legitur (*Quare Umbricius urbem deserat*), ipsa forma a ceteris saturarum titulis discrepat. Posterior vero pars interpretamenti Valliani eisdem fere verbis in cod. Leid. bibl. publ. nr. 82 exstat; in quo ad v. 1 hoc adscriptum est scholium: *Urbis romae conversacionem detestatur sub persona umbricii sui amici. Hic enim odio urbis in campania posuit larem ubi vaticinata est sybilla.*

				6 [1]
10				
		°11 primum schol. [2]		
		°11 alterum schol. [3]		
11 tertium schol.	12 [4]			
				14 [5]
		15 [6]		
16				
		17 [7]		

[1] Valla: *Tam solum. desertum*; cf. gloss. interl. codd. nr. 18 et 64: *solum: desertum.*

[2] Valla: *Substitit. stetit redam spectans;* reliqua scholii Pith. pars deest. — Notae versuum numeris adpictae quid indicent, vide infra p. 71.

[3] Valla: *Madidam. ideo quod super eam aquae ductus erat velut ait probus;* reliqua desunt.

[4] Ad III 12 Valla: *Hic — amicae. aegeriae. aegeria fuit nympha* etc.; cf. infra n. 7.

[5] Valla: *Judaeis. subaudi mendicis* (cf. gloss. interl. codd. Voss. nr. 18 et 64: *Iudeis s. mendicis*). *Quorum cophinus faenumque. qualos dicit ubi sabbato calida asservant;* cf. schol. Pith. ad VI 542 atque scholl. codd. Voss. nr. 18 et 64 ad III 13: *nemus: Conducta est ipsa silva pretio iudeis ea ratione ut pretium populo romano exinde persolverent si eis liceret festa sua i. sabbata celebrare qui uno die ante sabbatum in cofinis edulia sua calida ponebant involventes in feno post involutionem linteaminum et mapparum ut sabbato calida haberent. despective autem illorum divitias dicit cofinum et foenum*, et ad III 14: *cophinus . . . . Iudei sabatizabant et secundum legis praeceptum pridie praeparabant sibi cibos et reliqua necessaria. hinc et parasceue dicitur i. praeparatio. Ne ergo carnes coctae estate* (*in parascene coctae* Bern. 223) *putrescerent si servarentur in cophinis carnem in feno servandam ponebant. hinc ergo dicit. Quorum suppellex cophinus et foenum sunt.* Haec scholiorum loci Iuvenaliani explicatio sola est recta; cf. H. Rönsch in Fleckeiseni ann. v. CXXIII (a. 1881) p. 692 sqq.

[6] Valla: *Mercedem. pensionem.*

[7] Valla schol. Pith. ad III 17 ad v. 12 adfert eisdem fere verbis, nisi quod pro '*concubium*' '*connubium*', pro '*pugnae*' '*praedae*' scribit. Atque lectionem '*concubium*' Iahnius recte servasse mihi videtur; sed pro '*pugnae*' melius cum Valla legi: '*praedae*' suo iure Schopenus monuit in adnott. critt. ad scholl. vett., quae adiectae sunt editioni Heinrich.

			20 [1]	
		22 [2]		
		23 [3]		
		°29 [4]		
30				
		31 [5]		
		32 prius schol. [6]		
32 alterum schol.				
33				33 [7]
	34 prius schol. [8]			

v. I p. 350. In his Schopeni adnotationibus permulta insunt satis bona nec praetereunda; miror Iahnium non saepius etiam his notis fuisse usum.

[1] Iam Schopenus l. c. p. 350 cognovit Vallam, qui haec scholia ad v. 18 adfert, lemmata rectius exhibere sic: *Dissimiles veris. quia non erant naturales sed manu confectae. Quanto praestantius. melius si natura sua essent nymphae quam marmoribus exornate nec a flagitiosis hominibus polluerentur.* Ad III 20 autem Valla haec adnotat: *Tophum. tophus lapidis species est scabri et friatilis qui vulgo nunc quoque ita vocatur. Virg. Et tophus scaber et nigris exesa chelydris: creta* (Verg. georg. II 214). Cf. Plin. n. h. XVII 29 et schol. cod. Voss. nr. 64: *Tofus enim vocatur lapis niger et durus atque vilis ubi bene* (*ferrum* Bern. nr. 223) *acuitur. est enim asperrimus. hinc virgl. hic tofus scaber et nigris exa chylindris.*

[2] Valla: *Nulla emolumenta laborum. id est nullus fructus doctis et peritis litterarum est.*

[3] Apud Vallam schol. Pith. ad III 23 melius dispositum est hoc modo: *Deteret. de ipsa re parvula deerit et diminuit quottidie. Exiguis. pauperibus.*

[4] Valla: *ignobiles vero significat et ex obscuris nobiles ac divites factos*; cf. etiam schol. codd. Voss. nr. 18 et 64: . . . . *ignobiles significat exordidiis* (Schopen. coni. *ex sordidis*) *divites factos.*

[5] Valla: *Facile est aedem conducere. Probus exponit ut publicani sint: ego putaverim* etc.

[6] Valla: *Siccandam eluviem. evacuandas cloacas.* De hoc scholio atque praecedenti cf. Schopenum l. c. p. 350.

[7] Valla: *Et praebere caput domina. quae dominum facit*; cf. schol. codd. Voss. nr. 18 et 64: . . . . *dominam autem hastam dicit quae dominos facit* . . . . .

[8] Ad III 35 Valla adnotat: *Notaeque per oppida buccae. parasiti aut delatores;* cf. Heinrichii ad h. l. adnotationem l. c. p. 350.

34 alterum schol. 36 alterum schol.		36 prius schol.[1] 37[2]	*38[3]	36(?) alterum schol.[1]

[1] Valla: *Et verso pollice. fortuna immutata.* In Probi codice fuisse videtur: *i. mutata fortuna*, ut exstat in cod. Voss. nr. 18. Pro altero vero Pithoeano ad h. l. scholio Valla haec exhibet: *id est loco imperatoris occidit gladiatores exponit Probus cum paulo ante intra gladiatorum fuisset numerum*; cf. Schopeni adnot. l. c. p. 350. Hoc interpretamentum utrum verbis a Valla mutatis ex Pithoeano ortum sit, an prorsus alienum, non ausim decernere; cf. tamen schol. codd. Voss. nr. 18 et 64: . . . *hoc enim signum est (erat) editoris cum iubet aliquem occidi. isti inquit quos nunc editores munerum videmus quondam gladiatores et arenarii fuerunt.* . . . .

[2] Valla: *Populariter. favente populo.*

[3] Diversis quibus hic locus (*Conducunt foricas*) explicatur scholiis inter se comparatis optime cognoscitur, quae inter varia in Iuvenalem commenta intercedat ratio atque affinitas. Quapropter quae mihi innotuerunt ad h. l. scholia iuxta composita conferre mihi liceat.

Schol. Pith.:	Valla:	Cod. Leid. bibl. publ. nr. 82:	Codd. Voss. nr. 18 et 64:	Glossae Parisinae (cf. p. 29):	Glossae Nicaeenses (v. supra p. 37 n. 1):
Conducunt [foricas]. stercora. hoc est vectigal.	*Conducunt foricas.*		*foricas:*	*Phoricas id est stercus,*	*foricas,*
			forire dicimus foras ire. hinc foricas dicimus	*purgandas latrinas vel*	
	cloacas.		*cloacas in quibus publica civitatis stercora defluunt. Nam latrinae dicuntur privatae in domibus.*	*cloacas.*	*cloacas.*
forire est pro	*forire enim inquit Probus veteres dicebant deiicere ac*	*forire veteres dicebant*		*forire*	
dehonerare ventrem. forire est enim foras eicere.	*dehonerare ventrem. hinc forire foras eiicere.*	*ventrem dehonerare.*		*ventrem dicimus.*	
Alii tabernas dicunt foro vicinas,	*aut foricas foro vicinas tabernas et confines:*				
aut vectigal vinarium.	*quidam vectigal vini putant: quod ex aphrica in urbem vehebatur.*	*Quidam vectigal vini putant.*			
	Alii domus publico sumptu aedificatas ad locandum: quorum conductores lucra capiebant.	*Alii domos publico sumptu aedificatas ad locandum.*			

40 42 alterum schol. **44** 45	42 prius schol.[2] 43[3]	39[1]		

Adde locum adscriptum a Cramero p. 79 sq. e Catholico Ioannis a Ianua depromptum; quem in explicandis verbis Iuvenalianis Cornutum maxime sequi certum est. Ceterum cf. ad hoc scholium doctam Crameri adnotationem (p. 76 sqq.). Cur vero Iahnius in scholio Pithoeano non ut omnes ante eum editores '*fossas*', quod habent codd. Mont. et Sang., emendaverit in '*foras*', non video, praesertim cum Valla rectam lectionem exhibeat.

[1] Valla: *Quales ex humili. Τὸ ἀνακόλουθον. dicere enim debuit tales et sic quales.*

[2] Valla: *Poscere. ut videam hoc est a d u l a r i nescio: id enim faciunt assentatores.*

[3] Valla: *Funus promittere patris. aut creditoribus meis aut his cum quibus male vivitur, qui sub scevero patre vivunt.*

	46[1]			
49				52[2]
		54[3]		
	55[4]			
56 primum schol.		56 alterum schol.[5]		
56 tertium schol.				
57 primum schol.		57 alterum schol.[6]		
57 tertium schol.				
60				

---

[1] Valla: *Tamquam mancus. eleganter lussit de assessoribus;* cf. Iahnii ad hoc schol. notam.

[2] Valla: *Secreti fecit honesti. malorum enim conscio donat;* cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *Nil tibi: Nam malorum* (sic legendum est) *consciis plurima donant vel ad conficienda maleficia.*

[3] Hoc in scholio Pithoeano Schopenum recte Vallam secutum emendasse: *ut cum mala conscientia habeantur,* confirmatur hoc cod. Voss. nr. 18 interpretamento: . . . . . *nullae divitiae tanti tibi sint i. tantum valeant apud te ut cum mala conscientia habeantur.* Unde illud quoque probatur Vallam, cum in extremo hoc scholio pro *habeantur* scriberet *quidquam concupiscas,* a codice suo discessisse. Cetera ad litteram cum scholio Pithoeano conveniunt.

[4] Valla: *Omnis arena tagi. tagus flumen hispaniae cum harena aurum invehens.*

[5] Valla: *Ponendaque praemia sumas. ponere debeas: id est abiicere negligere.* Cf. de Pithoeanis ad hunc versum et insequentem scholiis Schopenum l. c. p. 351. Cui ita adstipulor, ut verba '*quasi moriturus*' a sciolo quodam homine ad scholii verba '*quae deponere debeas*', ut causam indicaret, adiecta eisque postea a librario aliquo falso lemma '*Tristis.*' praefixum esse censeam; illa vero: '*id est reddenda quae mala arte quaesita sunt.*' cum Iahnio novum ab alioque additum interpretamentum esse arbitror. Mirum autem in Vallae commentario deesse voculam '*quae*' ante '*ponere*', quod utrum codicis mendo, an typothetae incuria factum sit, nescio.

[6] Valla: *Tristis. ut torquearis conscientia.*

	61[1]			
	62[2]			
		63[3]		
			64[4]	
		65[5]		
66				66[6]
			67[7] utrumque schol.	

---

[1] Valla: *Graecam urbem. quam romani viciis graecorum fecerunt graecam.*

[2] Valla: *Syrus in thyberim defluxit orontes. syria ab antiochia oronte amne dividitur.*

[3] Valla: *Et cum tybicine chordas obliquas. id est rusticas vel quas tybicines in obliquum tangunt;* cf. Crameri (p. 82) et Schopeni (l. c. p. 351) ad hoc schol. notas.

[4] Valla: *Gentilia tympana. phrygia. orientalia gentis suae;* cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *gentilia: frigia vel suae gentis,* et schol. eiusdem cod.: *gentilia: Apud frigiam primo timpanorum usus repertus est ubi mater deum colitur.*

[5] Valla: *Iussas prostare puellas. et hoc a graecis translatum dicit;* cf. Schopen. l. c. p. 351 et Vallae ad v. 62 adnotationem: *Syrus defluxit orontes. graeci inquit hec omnia a syriis mutuati romam advexerunt* etc.

[6] Valla: *Picta lupa. ornata meretrix;* cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *lupa picta i. ornata meretrix quia meretrices lupas dixerunt ab avaritia sive a feritate libidinis.*

[7] Valla: *Sumit rechedipna quirine. rechedipna inquit Probus currantium coenas vestimenta parasitica. vel caligulas graecas dicit* (cf. Schopeni [l. c. p. 352] et Iahnii ad. h. l. adnott.). *Niceteria. vestes peregrinas victis* (*victoribus* Pithoeus et Schopenus) *convenientes: vel est rechedipna: ut putat etiam Probus ipse qui coenam fert* (cf. Schurtzfleisch. spicil. animadvv. in Iuv. satt. p. 20 sq. et Heinrichii adnot. ad '*currentium ad coenam*' l. c. p. 352). Quae secuntur: *ut sit ordo: o quirine ille tuus rusticus rechedipna sumit et fert niceteria collo caeromatico,* ea ab ipso Valla adiecta esse illa locutione '*ut sit ordo*' probatur, ut quae quod meminerim in Pithoeanis scholiis nusquam inveniatur, saepissime autem a Valla usurpetur structuram enuntiatorum explicaturo. Iam sequitur in Vallae commentario prius quod est in codd. Mont. et Sang. scholium, sed omnibus fere verbis a Valla mutatis: *et est sensus* (haec locutio in Pithoeanis quoque scholiis exstat; cf. scholl. ad IV 67. VI 564. 572. VIII 96. 131)*: en tibi o romule rustici tui in omnem diffundi luxum iam didicerunt et palaestris frui et syllacteriis ut ad molliter certandum*

				68[1]
70				
71				
72				72[2]
			°74[3]	
76				
	*77[4]			
	79 prius schol.[5]			
79 alterum schol.				
	81 prius schol.[6]			
		81 alterum schol.		

athletae viciis graeca dissolutione omnifariam erumpentibus. Cramerus (p. 84) de hoc commentarii Valliani loco multis in rebus falsus est.

[1] Valla: *Niceteria. syllateria sunt quae ob victoriam fiebant et de collo pendentia gestabantur quae ἀπὸ τῆς νίκης id est a victoria nomen traxerunt;* cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *nicheteria dicuntur philacteria quae gestabant atletae in capite et erat ibi descriptum quotiens vicissent. Nam nichos grece dicitur victus hinc anichos invictus. inde etiam nicheteria in quibus victoriae sunt scriptae,* et gloss. Paris.: *Niceteria filacteria.*

[2] Valla: *Viscera — futuri. ita se inquit ingerunt suis artibus ut etiam se heredes futuros arbitrentur;* cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *viscera: Sic inquit se ingesserunt et intimos fecerunt aliunde advenientes ut per auxilium matronarum cum quibus coeunt sperant se fore heredes.*

[3] Valla: *Isaeo torrentior. isaeus rhetor fuit atheniensis: ut Probus inquit illius temporis* (cf. schol. cod. Leid. bibl. publ. nr. 82: *Isei: Iseus rethor fuit atheniensis illius temporis.*) *cuius et tranquilus meminit* e. q. s.; cf. Iahnii ad h. l. adnotationem, cui id adiciendum est mentionem certe Plinii in Probo suo Vallam invenisse, licet ipsum locum e Plinii exemplis impressis descripserit. Glossae Nicaeenses: *Iseus declamator fuit Romae admirandus, de quo Plinius nepos in epistolis.*

[4] Valla: *Schoenobates. qui per funes id* (leg. *it*) *extensos ludibundus. a schoenos funis et batto: quod poeticum verbum scando significat;* cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *scenobates est funambulus. nam scenos funis batin gradus,* et gloss. Nicaeens.: *schoenobates graece, latine funiambulus, nam σχοῖνος funis, βάτης ambulans, ille est qui supra funes ambulat.*

[5] Valla: *Ad summam: ad postremum. ne vager longius* etc.; cf. gloss. interl. cod. Leid. bibl. publ. nr. 82: *Ad summam: ad ultimum vel postremum. aggerat levitatem grecorum.* In scholio Pithoeano legendum mihi videtur: *omne ut iam dicam.*

[6] Valla: *Horum — conchylia. ostrinos colores et quos romana modestia*

				82[1]
				83[2]
				84[3]
90				
93				
94				
96 prius schol.				
		96 alterum schol.[4]		
		97[5]		
98				
				99[6]

debet aversari. conchylia capitia purpurea ita flagrantia ut conchylia ipsa videri possint. Utrumque igitur ad h. v. scholium iam ille haud integrius quam nos, qui corruptissimum legimus, in codice suo invenisse videtur. Adstipulor vero Cramero, qui verba *'togae erubescendae fucatos habitus'* poeticum quid spirare existimat; cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *conchilia i. fucatos habitus et murice tinctos* etc. Posterius vero scholium Pithoeanum nescio an ita fere restituendum sit: [*conchylia.*] *i. capitiorum purpuram, quasi quam conchylia gignant.* Ceterum cf. Ferrar. de re vest. II 1 c. 23.

[1] Valla: *Me prior ille signabit. subaudi testamentum;* cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *Signavit: testamentum fecit.*

[2] Valla: *Pruna damascena dicit quae ex damasco primum fuerunt avecta* (leg. *advecta*). *Et coctona. caricae minutae* e. q. s.; cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *pruna: Pruna damascena dicit. nam nobiliores amborum* (*arborum* Laur. 52, 4) *fructus romam vehebantur a diversis mundi partibus. coctana* (*cottana* Laur. 52, 4) *similiter fructus scilicet genus minutarum caracũ* (*caricarum* Laur. 52, 4) *i. ficorum.* e. q. s., et schol. cod. Leid. bibl. publ. nr. 82: *cotana genera caricarum minutissimarum vel nucum.* Gloss. Paris.: *Cottona nuces vel caricae parvae.*

[3] Valla: *Quod — aventini. id est romani et qui romae nati sumus;* cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *Usque adeo: In tantum inquit nihil nobis prodest quod romae sumus nati* (*romani sumus et rome nati* Laur. 52, 4) *ut etiam peregrini nobis praeponantur.*

[4] Valla: *Vacua — dicas. plana sine penne: id est inguina esse foeminea quod referat foeminam.*

[5] Valla: *Tenui distantia rima. muliebria inguina significat.*

[6] Valla: *Molli oemo. οἴμη. pronunciatio dicitur. οἶμος autem via. unde prohemium. sed hic proprium: de quo ipse alibi. oemo quamquam et carpophoro;* cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *molli: pronuntiatione,* et schol. cod. Laur. 52, 4: *Molli oemo: ut alii volunt: suavi et delectabili pronunciatione.*

100				
101				
102				
103				
107				
108 alterum schol.	108 prius schol. (?) [1]			
109				
110				
111				111 [2]
112				
113				
114				
115				115 [3]
116				116 [4]

---

[1] Valla: . . . . . *Ego autem longe alium fuisse iuvenalis sensum arbitror. . . . . . Ut sit sensus si dives trullae aureae bibendo fundum inverterit crepitumque dederit a graeculo statim laudabitur. bibacem ergo divitem arguit quod in trulla bibat ineptum quod crepitus inter bibendum aedat et stultum quod ob id a graeculo sibi sinat adulari;* cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *aurea: Auream trullam vocat anum divitis. propter divitias dicit auream,* et eiusdem cod. gloss. interl.: *crepitum: sonitum i. si pepedit,* atque gloss. Paris.: *Trulla aurea id est sonus ventris ex parte obscena divitis.*

[2] Valla: *Sponsus levis. adhuc imberbis*; cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *levis: inberbis.*

[3] Valla: *Facinus maioris abollae. maioris ponderis. abollam vestem dicit senatoriam ut ipse alibi rapta properabat abolla pegasus;* cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *abollae: Abolla est vestis senatoria togae scilicet genus. Hinc alibi. Rapta pegasus properabat abolla,* et schol. cod. Leid. bibl. publ. nr. 82: *abolla genus vestis erat qua nobiles et senatores utebantur* e. q. s. — Gloss. Paris.: *Abolla genus vestimenti rustici.*

[4] Valla: *Stoicus occidit baream. heliodorum. baream dicit probi testimonio cuius supra meminimus ubi ipse inquit: post hunc magni delator amici* (I 33). Sed ibi non, ut hoc loco, falso Heliodorus et Barea confusi sunt; videtur igitur Valla nomen certe Heliodori ad h. v. in codice suo adscriptum invenisse; cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *Stoicus: Heledorum significat stoicum qui baream amicum suum et discipulum atque domus suae procuratorem delatione sua fecit interfici a nerone.*

117 [1]				
118				
120				
121				
122				
124				
125				
126				
127				
128				
129				
130				130 [2]
131				
132				
133				
136				
137				
138				
				142 [3]
144				
145				
148				
151				
154				
155				

---

[1] Apud Vallam hoc loco nullum verbum de Tarso invenies; immo vv. 117 et 118 ita explicat: *Ad quam — caballi. utrum corinthium montem dicit ubi fama est pegasum alatum caballum a bellerophonte primo prehensum fuisse an parnasum quem pegasus primum conscendit et ungula terram scalpendo fontem eduxit hippocrenem.* Unde iure conicias scholia Pithoeana ad v. 117 et ad v. 118 alterum in codice Vallae non exstitisse, aut certe legi non iam potuisse; dubium id tantum est, num schol. ad v. 118 prius Valla legerit; de Pegaso enim et Medusa quaedam adfert, sed commemorata Hesiodi theogonia.

[2] Valla: *Albinam aut modiam. nomina matronarum viduarum sunt;* cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *albinam: matronam aut meretricem. potentissimae viduae erant.*

[3] Valla: *Quam — paropscide coenat. quam magno sumptu. paropscis vas in quo obsonia reponuntur;* cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *parapside: Obsonia dicuntur generaliter omnes cibi. hinc parapsis vocatur vas ubi cibi administrantur* e. q. s.

				156 [1]
158				
159				159 [2]
160				
161				
162				
163				
165				
166				166 [3]
167				
168				168 [4]
169				
170				
172				
173				173 (?) [5]
174				
175				
177				
	178 (?) [6]			

[1] Valla: *Quocumque in fornice. quovis lupanari;* cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *fornice: lupanari. sub arculis enim lupanaria erant.*

[2] Valla: *Sic libitum vano. stulto;* cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *vano: stulto vel ventoso superbo.*

[3] Valla: *Magno. subaudi precio. est autem ellipsis;* cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *magno: pretio constat illis.*

[4] Valla: *Quod turpe negavit. scipionem dici Probus putat. quidam M. curium dentatum. nos nihil dicimus modo sciamus hominem frugi intelligi voluisse quicumque ille fuerit;* cf. schol. cod. Leid. bibl. publ. nr. 82: *negavit: camillum dicit vel scipionem. qui exules patria in sabino solo trā* (leg. *sabinorum terra*?) *vixerunt,* et schol. cod. Voss. nr. 18: *negavit: Camillum scipionem dicit qui cum esset a romanis apud sabinos vel marsos in exilium missus audivit gallos de capitolio romae vexilla romana abstulisse* etc.

[5] Valla: *Theatro. spectaculo. nam θεωροῦμαι inspicio significat;* cf. schol. cod. Voss. nr. 18: . . . . *theoro enim dicitur video. hinc theatrum ubicunque aliquod fit spectaculum.* . . . . .

[6] Valla: *Similemque videbis orchestram. theatri locum ubi saltabatur ab ὀρχοῦμαι salto derivatum verbum est;* cf. P. I. Meier. de gladiatura Romana p. 11 sq.

		180 [1]		
	184 [2]			
		185 [3]		
			186 [4]	
187				
188 alterum schol.	188 prius schol. (?) [5]			
189 prius schol.			189 alter. schol. [6]	
190				
191				
192 alterum schol.		192 prius schol. [6]		
193				193 [7]

[1] Valla: *Habitus nitor. habitus genitivus casus. sunt qui velint singula per se pronunciari. habitus: nitor ut sint nominativi casus;* cf. Schopeni adnot. l. c. p. 356.

[2] Valla: *Quid das — salutes. nobilem cornelium cossumne an alium sicut ipse etiam alibi ut moveat fastidium cosso.* — In schol. Pith. legendum videtur: *tunc temporis nobilem.*

[3] Valla: *Ut — labello. qui ne respicere quidem salutantem dignatur;* cf. Schopen. l. c. p. 356.

[4] Valla: *Ille metit barbam . . . . . tondet . . . . . Crinem amati. cirrum dicit a quo cirratus nominatur qui per libidinem in delitiis fuit;* cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *amati: pueri qui in deliciis eius fuerat.*

[5] Valla: *Et illud fermentum. malum quo stomacheris et indigneris.* Cf. etiam gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *fermentum: materiam indignandi.*

[6] Valla: *Cultis. qui sunt in delitiis;* cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *cultis: deliciosis.* Ad v. 192 autem Valla adnotat: *Aut simplicibus gabiis. quippe festo die suo simplicibus ut probus putat non ornatis* . . . . Unde haud temere conicias inter haec duo ad vv. 189 et 192 scholia alia in margine codicis Valliani non exstitisse.

[7] Valla: *Tenui tibicine fultam. tibicines appellantur columellae quibus rustici tecta sua fulcire solent. unde Vir. per translationem sua hemistichia tibicines vocavit.* — Schol. codd. Leid. Voss. nr. 18 et bibl. publ. nr. 82: . . . . . *At* (legendumne *Aliter*?) *Tibicines sunt columnae quibus rustici sua tecta fulciunt. Unde virgilius per translationem tibicines vocat emistichia sua.* Cf. Donati vit. Verg. (ap. Reifferscheid. Suet. rell. p. 60; ap. Hagen. in Fleckeis. ann. suppl. IV p. 737) et Serv. ad Verg. Aen. VI 186.

				156 [1]
158				
159				159 [2]
160				
161				
162				
163				
165				
166				166 [3]
167				
168				168 [4]
169				
170				
172				
173				173(?) [5]
174				
175				
177				
	178(?) [6]			

[1] Valla: *Quocumque in fornice. quovis lupanari;* cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *fornice: lupanari. sub arculis enim lupanaria erant.*

[2] Valla: *Sic libitum vano. stulto;* cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *vano: stulto vel ventoso superbo.*

[3] Valla: *Magno. subaudi precio. est autem ellipsis;* cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *magno: pretio constat illis.*

[4] Valla: *Quod turpe negavit. scipionem dici Probus putat. quidam M. curium dentatum. nos nihil dicimus modo sciamus hominem frugi intelligi voluisse quicumque ille fuerit;* cf. schol. cod. Leid. bibl. publ. nr. 82: *negavit: camillum dicit vel scipionem. qui exules patria in sabino solo trā* (leg. *sabinorum terra*?) *vixerunt,* et schol. cod. Voss. nr. 18: *negavit: Camillum scipionem dicit qui cum esset a romanis apud sabinos vel marsos in exilium missus audivit gallos de capitolio romae vexilla romana abstulisse* etc.

[5] Valla: *Theatro. spectaculo. nam θεωροῦμαι inspicio significat;* cf. schol. cod. Voss. nr. 18: . . . . *theoro enim dicitur video. hinc theatrum ubicunque aliquod fit spectaculum.* . . . . .

[6] Valla: *Similemque videbis orchestram. theatri locum ubi saltabatur ab ὀρχοῦμαι salto derivatum verbum est;* cf. P. I. Meier. de gladiatura Romana p. 11 sq.

		180 [1]		
	184 [2]			
		185 [3]		
			186 [4]	
187				
188 alterum schol.	188 prius schol. (?) [5]			
189 prius schol.			189 alter. schol. [6]	
190				
191				
192 alterum schol.		192 prius schol. [6]		
193				193 [7]

[1] Valla: *Habitus nitor. habitus genitivus casus. sunt qui velint singula per se pronunciari. habitus: nitor ut sint nominativi casus;* cf. Schopeni adnot. l. c. p. 356.

[2] Valla: *Quid das — salutes. nobilem cornelium cossumne an alium sicut ipse etiam alibi ut moveat fastidium cosso.* — In schol. Pith. legendum videtur: *tunc temporis nobilem.*

[3] Valla: *Ut — labello. qui ne respicere quidem salutantem dignatur;* cf. Schopen. l. c. p. 356.

[4] Valla: *Ille metit barbam* . . . . . *tondet* . . . . . *Crinem amati. cirrum dicit a quo cirratus nominatur qui per libidinem in delitiis fuit;* cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *amati: pueri qui in deliciis eius fuerat.*

[5] Valla: *Et illud fermentum. malum quo stomacheris et indigneris.* Cf. etiam gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *fermentum: materiam indignandi.*

[6] Valla: *Cultis. qui sunt in delitiis;* cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *cultis: deliciosis.* Ad v. 192 autem Valla adnotat: *Aut simplicibus gabiis. quippe festo die suo simplicibus ut probus putat non ornatis* . . . . Unde haud temere conicias inter haec duo ad vv. 189 et 192 scholia alia in margine codicis Valliani non exstitisse.

[7] Valla: *Tenui tibicine fultam. tibicines appellantur columellae quibus rustici tecta sua fulcire solent. unde Vir. per translationem sua hemistichia tibicines vocavit.* — Schol. codd. Leid. Voss. nr. 18 et bibl. publ. nr. 82: . . . . . *At* (legendumne *Aliter*?) *Tibicines sunt columnae quibus rustici sua tecta fulciunt. Unde virgilius per translationem tibicines vocat emistichia sua.* Cf. Donati vit. Verg. (ap. Reifferscheid. Suet. rell. p. 60; ap. Hagen. in Fleckeis. ann. suppl. IV p. 737) et Serv. ad Verg. Aen. VI 186.

196				
		198[1]		
	199 utrumque schol.[2]			
	200[3]			
				201[4]
202				
203				203[5]
		204[6]		
205[7]				
206				
207				
				208[8]
210				210[9]

[1] Valla: *Iam frivola transfert. supellectilem pauperis indicat cuius ardet domus.*

[2] Valla: *Ucalegon. allusit ad aliud Virgilianum: iam proximus ardet Ucalegon. . . . . . . Tabulata tibi. superiora tecta. aut certe contignationes superiores dicit* etc.

[3] Valla: *Nam si gradibus trepidatur ab imis. si a primis schalis ignis evaporet.* — In schol. Pith. cum Schopeno legendum est: *id est si a prima* etc.

[4] Valla: *Ultimus — tuetur. quia inquit Probus parietes texti rari et ruinosi perflant.* Cum Schopeno (l. c. p. 357) pro '*texti*' '*tecti*', pro '*perflant*' '*perpluunt*' legendum.

[5] Valla: *Procula. parvi corporis mulier et nana fuit. quidam hanc eiusdem codri uxorem fuisse aiunt.* Cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *Codro: Codrus poeta nanus et uxor eius procula nana similiter sed ipse minor erat uxore . . . . .*

[6] Valla: *Ornamentum abaci. genus fuit inquit Probus supellectilis pro* (sic ipsius Vallae editio) *nunc mensam delphicam dicimus. sic enim veteres mensam marmoream nominavere* etc. Sane in editione Norimbergensi (per A. Koberger emissa a. 1497) legitur: *pro quo nunc* etc.

[7] Schol. Pith. ad h. v. alterum ita scribendum esse videtur: *Recubans chiron. id est a posteriore parte recumbens hippocentaurus.*

[8] Valla *Nil habuit cordus. anthypophora.* Cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *Nil habuit: antipofora i. contraria relatio . . . . .*

[9] Valla: *Quod nudum et frustra rogantem. barbarismus in metro ut inquit Probus est non ut quidam legunt frusta sed frustra.* Rectius hoc scholium scriptum est in cod. Leid. bibl. publ. nr. 82: *frustra: Si legeris frustra fit barbarismus in metro.* Hoc interpretamentum altera

211				
	212 prim. et alt. schol.[1]			
212 reliqua schol.				
213				
		214[2]		
215				
	216[3]			
	217[4]			
		218[5]		
			219[6]	
		*221[7]		

pars fuisse videtur eius scholii, ex cuius parte priore relicta sunt ea verba, quae in codd. Mont. et Sang. ad v. 210 adscripta sunt: *aut* [frustra id est] *sine causa aut* [frusta id est] *panem petentem.*

[1] Valla: *Si magna astyrii. divitis et nobilis.*

[2] Valla: *Odimus ignem. non incendii sed laris nostri ut prae maesticia ne focum quidem apud nos incendi patiamur. hoc enim apud lugentes ait Probus observatum ut ignem non paterentur incendi.* Cf. supra p. 33 n. 1.

[3] Valla: *Signa. statuas.*

[4] Valla: *Hic aliquid praeclarum. euphranoris et polycleti. euphranor et polycletus athenienses.*

[5] Valla: *Hic asianorum. in aliis legitur phecasianorum: et est nomen gentis superstitiosae . . . . .* Quod si ad sensum spectaveris, certe id ipsum est, quod scholiasta voluit. Ceterum cf. Schopeni adnot. l. c. p. 358.

[6] Valla: *Dabit et forulos. loculos librorum sive armaria quae sunt thecae codicum.* Cf. etiam gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *forulos: tecas et cistas librorum*, et gloss. Paris.: *Forulus id est armarium vel locus librorum.* — Tamen in Pithoeano ad h. v. scholio neque cum Valla '*armaria*' neque cum Schopeno (l. c. p. 358) '*armarium*' scribendum est; recte se habet codicum lectio '*armariam*': sic Sidonius aliique. Deinde Valla: *Mediamque minervam. quae in media bybliotheca semper ponebatur.* Cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *mediamque minervam: . . . . sive mediam minervam quia in medio armarii statuam collocabant minervae utpote deam sapientiae.*

[7] Hoc scholium multo integrius ut videtur apud Vallam exstat: *Meliora ac — persicus. persicum autem quasi divitem posuit quod persae auro abundaverint. sic Horatius. persicos odi puer apparatus: nec de persis tantum sed de barbaris omnibus dici solet. unde Terentius. dinumeret nunc ille babylo viginti minas . . . . .*, nisi quod verba '*auro abundaverint*' Vallae esse hoc scholio cod. Voss. nr. 18 probatur: *Or-*

222				
				223[1]
226				
227				
228				
229				
			231[2]	
233				
	234[3]			
		235[4]		
				237[5]
237				

borum i. pupillorum. Persicus proprium pupilli elegantis et nobilis aut certe ideo persicum pro divite posuit quia persae ditissimi sunt. hořts. persicus odi apparatus.

[1] Valla: *Optima sorae. sora civitas Italiae* . . . . Cf. schol. cod. Voss. nr. 18: . . . *optimam domum habere poteris apud soras italiae civitatem vel apud fabrateriam seu frusinonem campaniae civitates.*

[2] Valla: *Unius — lacertae. aut inquit Probus ad animal rettulit quia sunt in agro quam plurimi aut lacertam pro horto posuit per quem et discurrere et latitare consuevit* (Cf. schol. cod. Voss. nr. 18 ad v. 230: . . . . . *si* . . . *domini esse possimus vel unius lacertae i. orti. lacertae enim in ortis solent esse* . . . .). *et foeminino genere protulit cum Vir. dixerit* (cf. Schopeni adnot. l. c. p. 358). *Et virides occultant spineta lacertos* . . . . .

[3] Valla: *Meritoria. id est tabernae quae labore mercedem promerentur.* — De emendatione scholii Pithoeani v. Schurtzfleischium l. c. p. 27 et Schopenum l. c. p. 359.

[4] Valla: *Magnis opibus dormitur. a magno et potenti domino vicinis tabernis silentium imponitur vel magno praecio somnus constat.* Sed cave ne Vallae lectionem integram aut scholio Pithoeano obtrudas aut Probo tribuas: vetat enim cod. Voss. nr. 18 scholium: *dormitur: Nam* (leg. *Non*) *nisi magna potentia silentium vicinis imponitur tabernis vel magno pretio somnus constat quod datur inquietudinem generantibus.*

[5] Valla: . . . . *mandra inquit Probus est hostium vici vel flexum vel arctum aut breve et vile aedificium quod angustet latitudinem vici: vel ingens vehiculum quo trabes portantur.* Hoc interpretamento miras res proferri, meliora autem esse in scholio Pithoeano iam vidit Cramerus l. c. p. 106; cf. C. Fr. Hermanni spicil. adnott. ad sat. III (Marburg 1839) p. 32. At quae Valla adfert pertinere videntur non ad mandram, sed ad praecedentia Iuvenalis verba: *redarum transitus arto vicorum inflexu.*

239	238 utrumque schol.[1]			
			240[2]	
241				241[3]
243				
	244[4]			
	245[5]			
246				
247				
		*249 prius schol.[6]		
249 alterum schol.				
			°250 utrumque schol.[6]	

[1] Valla: *Eriperent somnum druso. qui somniculosus erat* . . . . . *Vitulisque marinis. vituli enim marini multum sopiuntur.* Cf. etiam gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *druso: deest etiam. pro quolibet somniculoso.*

[2] Valla: *Et ingenti — liburno. liburnum lecticam magnam dicit tanquam navigium et eius baiulos liburnos ipse alibi vocat tarde venisse liburnus dicitur. Est et liburnus navis species a liburnis populis* . . . . Ad extremam partem huius scholii cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *liburno: hoc loco lecticam significat. est etiam liburnus genus navigii*, et schol. eiusdem cod.: *liburno: genus vehiculi in modum navis. nam liburnum dicimus parvam naviculam qua utitur liburnorum gens pyraticam exercens.* — Pithoeanum ad h. l. scholium ita fere scribi velim: *Liburno. a lectica magna liburnata quae habet gerulos liburnos* etc. (cf. schol. Pith. ad VI 477).

[3] Valla: *Atque obiter leget. obiter simul atque interim quasi circum iter.* Cf. gloss. interl. cod Voss. nr. 18: *obiter: vel simul pariter in eundo*, et eiusdem cod. scholium: *obiter i. dum in itinere est et dum iter facit quasi circum itur.* Gloss. Paris.: *obiter id est simul.*

[4] Valla: *Unda. multitudo.*

[5] Valla: *Ferit hic alter. lecticarios dicit ac gerulos et fabros tignarios.*

[6] Valla: *Nonne vides quanto celebratur sportula fumo. quanta fiat invitatio cum qui sportulam accaeperant convivium de illa sibi faciant in commune. tantum quisque convivium de illa sibi pulmenta conferentes faciunt.* — Schol. cod. Voss. nr. 18: *Nonne vides: Quanta invitatio fiat cum qui sportulam acceperint convivium faciant collatione communi.* Sequitur ut in scholio Pithoeano legendum sit: *invitatio fiat.* Extrema autem pars interpretamenti Valliani ex scholiis Pith. ad v. 250 conflata esse videtur. Deinde Valla: *Culina. coquina.* Cf. gloss. interl. centonis Sangallensis: *Culina: coquina apud veteres*, et gloss. interl. cod.

	251[1]			
253				
		254 utrumque schol.[2]		
	255[3]			
256				
257				
		258[4]		
260				
			261[5]	
263 primum schol.				
			263 alter. schol.[6]	
263 tertium schol.	265 (?)[7]			
		266 prius schol.[8]		

Voss. nr. 18: *culina: diminutivum a quoquina quia ex collatione sunt commessuri.*

[1] Valla: *corbulo — ingentia. aut corbulo magnae sarcinae homo vel athleta fortis vel baiulus magnae sarcinae: aut certe per similitudinem* etc.

[2] Valla: *Scinduntur tunicae. utrum huius servuli an cuiusvis pauperis. . . . . Coruscat. micat vel apparet.*

[3] Valla: *sarracum vehiculi genus. Abies materia.*

[4] Valla: *Montem. saxum ingens.*

[5] Valla: *More animae. sic inquit atteritur corpus ut putes ipsum animam quae nusquam videtur . . . . . . Secura. nihil de tantis casibus suspicata quae dominum nescit occisum.* Ad haec extrema cf. schol. cod. Leid. bibl. publ. nr. 82: *secura: de adventu domini . . . . . Item. Nihil de tantis casibus suspicata quia dominum nescit occisum.*

[6] Valla: *. . . . . striges inquit Probus dicuntur quas habent capsarii vel candelae tridentem dicit. . . . . Pleno — gutto. guttus inquit Probus in quo oleum mittitur dictus quod guttam mittat.* Videtur igitur in scholiis Pithoeanis verbis '*quos habent capsarii*' singulare effici interpretamentum; quod utrum ad '*gutto*' an ad '*striglibus*' pertinuerit an ad utrumque, diiudicare non ausim. Apud Vallam autem verba '*vel candelae tridentem*' quid sibi velint, non intellego; cf. tamen versum huius saturae 267 et scholl. Pith. ad III 285 et 287.

[7] Valla: *Iam sedet in rippa. inferorum.*

[8] Valla: *Horret prothmea. porthmeus inquit Probus traiectus angustus sed porthmeus* (leg. *porthmus*) *quidem traiectus a graecis dicitur . . . Porthmeus vero portitor . . . . . . taetrum ergo porthmea catonem* (leg. *caronem*) *dicit portitorem.* Cf. etiam schol. cod. Leid. bibl. publ. nr. 82:

266 alterum schol.				
	°267[1]			
	269[2]			
				270[3]
274				
275				
276				
		°277[4]		
278				
279				
280				
283 primum schol.				
			283 alter. schol.[5]	
283 tertium schol.				

Porthmea: porthmus dicitur angustus traiectus, et gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *Porthmea: carontem portitorem graece.* — Videtur in Vallae libro hoc scholium haud minus corruptum exstitisse quam in codd. Mont. et Sang. Ab ipso autem scholiasta ita fere scriptum esse puto: *Porthmea. Caronem. porthmeum dicit id est portitorem, non porthmum id est angustum traiectum.* Quibus verbis falsa antiquorum quorundam librorum lectio refutari videtur.

[1] Ex toto hoc scholio, quod si invenisset in libro suo, Vallam certe adlaturum fuisse censeo, nihil exstat in eius commentario nisi hoc: *Porrigat ore trientem. hic numi speciem . . . .* (?), et Vergilii locus (Aen. VI 325) isque non integer, ut in codd. Mont. et Sang., sed haec sola verba: *Virgi. inops inhumataque turba.* Adicit vero Valla, quae a loco Iuvenaliano plane aliena sint: *hoc autem de aristophanis fabula sumptum est qui in comoedia quam inscribit βάτραχοι. inducit Dionysium flumina inferni traiicere volentem cum mortuo de precio pacisci his verbis . . . . .* (Ran. 177 sqq.). Unde conicias scholii Pithoeani tenue tantum excerptum in libro Vallae lectum fuisse.

[2] Valla: *Quod spatium tectis sublimibus. id est quantum cunctae sunt insulae . . . . . .*

[3] Valla: *Rimosa. fracta. Curta. mutillata curtata sine fundo vel sine ansa.* Cf. glossas interlineares cod. Voss. nr. 18: *rimosa: fracta. — curta: mutilata minus habentia.*

[4] Valla: *Diffundere pelves. vasa fictilia. pelves tamen sunt ubi pedes lavare consuevimus . . . . . .*

[5] Valla: *Cavet — laena. id est purpurea: sic Virgi. tyrioque ardebat murice laena. quod graeci coccum latini teres* (leg. *veteres*) *byrum* (leg.

284				
285				
286				
287 primum schol.	287 tert. schol.[2]	287 alter. schol.[1]		
289				
291				
293 alterum schol.	293 prius schol.[3]			
296 alterum schol.	°296 prius schol.[4]			
298				
300				
301				
304				
305				
	307[5]	306 utrumque schol.[5]		

byrrum) vocarunt inquit Probus . . . . . Cf. etiam schol. cod. Leid. bibl. publ. nr. 82: *lena: Duplex toga rubei coloris. a grecis. lena est dicta. ut virgls tirioque ardebat murice lena quod nunc amphibolum vocamus olim birrum*, et Schurtzfleischii (l. c. p. 30), Crameri (p. 112 sq.), Heinrichii (l. c. p. 360 sq.) notas.

[1] Valla: *Dispenso. dispono.*

[2] Valla: *Et tempero filum. decerpo ne extinguatur.*

[3] Valla: *Cuius conche tumes. fabae cacabo tumes* . . . . . Cf. etiam schol. cod. Leid. bibl. publ. nr. 82: *conca: dicitur a grecis olla fabe cocta*, et gloss. Paris.: *Concha dicitur a Graecis olla fabae coctae.*

[4] Valla: *In aq̃* (leg. *qua*) *te quaero proseucha. proseucha locus est ubi mendici stipem petunt vel victitant. προσεύχεσθαι enim a graecis orare dicitur*. Cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *proseucha: Proseuke dicunt greci orare. hinc proseuka vocatur casula pauperum i. cabanna in qua manentes stipem a transeuntibus petunt. proseuka etiam dicitur oratio.* Unde sequitur Schopenum Iahniumque in scholio Pithoeano verba '*προσεύχεσθαι enim Graece orare dicitur.*' non recte transposuisse. Verba '*Proseucha locus Iudaeorum, ubi orant.*' postea adsuta sunt.

[5] Valla: *Armato — tenentur. quotiens armato praesidio muniuntur infamia latronum loca. Et pontina — pinus. loca latronum. praesidiis col-*

308 prius schol.		308 alter. schol.[1]		309[2]
310	311[3]			
313		314[4]		
315				
316				
317				
319				
320				320[5] 321[6]
1	IV 1 (inscriptio)[7]			
2 reliqua scholl.	2 primum schol.[8]			

locatis a solitis inquit locis quotiens depelluntur romam quasi ad certas praedationes confugiunt.

[1] Valla: *Tanquam ad vivaria. ad paratos pastus.*

[2] Valla: *Qua — cathenae. pro reorum copia.* Cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *fornace: Tanta est inquit reorum multitudo* etc.

[3] Valla: *Ne marrae et sarcula. ferramenta rustica* . . . . .

[4] Valla: *Uno contentam carcere romam. subaudiendum tulliano cuius et Salustius meminit a tullo rege sic appellato.*

[5] Valla: *Me quoque ad helvinam cererem. locus est in gallia: qui sic appellatur: ut Probus scribit.* Cf. schol. cod. Voss. nr. 18: *Elvina ceres: locus est in galliis ubi olim colebatur ceres et quia aquino similiter colebatur ceres ideo illud oppidum elvinam cererem appellat.*

[6] Valla: *Convelle a cumis. a cumis advoca.* Cf. gloss. interl. cod. Voss. nr. 18: *convelle: convoca.*

[7] Valla: *Ecce — vocandus. Ad partes. de crispino piscis magnitudine domitianique temporibus scribit in hac satyra* . . . . — Monere liceat hic nos deficere scholia Leidensia utpote hactenus tantum edita.

[8] Ex tota scholiorum lemmatumque confusa congerie, quae ad primos duos versus adscripta est in codd. Mont. et. Sang., Valla nihil exhibet nisi haec: *Ad partes. subaudiendum operis mei et est metaphora a comoedis tracta.* In Probi igitur codice aut scholia ad vv. 1 et 2

3 prius schol.		3 alter. schol.[1]		
		4[2]		
5				
6				
	7[3]			
	8 prius schol. (?)[4]	8 alter. schol.[4]		
9				
		12[5]		
	°13[6]			
		14[6]		
15				
16				
17				

aeque atque in illis libris ita confusa erant, ut Valla eis uti non posset vel nollet, aut id quod mihi veri esse videtur similius nihil exstabat nisi illa, quae supra attulimus.

[1] Valla: *Nulla virtute redemptum a vitiis. id est quem nulla virtus a consuetis potest vitiis revocare . . . . .*

[2] Valla: *Delitias — aspernatur adulter. in minore debilis scelere.*

[3] Valla: *Iugera quot vicina foro. quam late patentes undique campos urbi vicinos habeat: aut foro aedes et hortos . . . .*

[4] Valla: *Nemo malus foelix. id est omnis qui foelix malusque est corruptor sit necesse est ut sit felix dives vel sive sit malus qui intra animum versat scelus sive corruptor: utpote qui perpetrat peccatum foelix esse nullo modo potest.* — Certe in Pithoeano scholio legendum est: *plerumque infelix est.*

[5] Valla: *Caderet — morum. id est a censore damnaretur.*

[6] Valla: *Nam — tyrio serioque decebat crispinum . . . . aut hos laudat comparatione crispini. quid — est. nisi obiicias quod in ea turpissimum est.* — Valla duo haec scholia in suo libro eodem modo coniuncta invenisse videtur, quo nos in codd. Mont. et Sang. Falso autem posterius interpretamentum ad verba '*Quid agas*' etc. rettulit; quem errorem secuti sunt Schopenus (l. c. p. 362) et Iahnius: recte Rutgersius haec ad v. 11 '*Sed nunc de factis levioribus*' revocat legitque: *Non ea obiiciemus.*

	18[1]			
19 alter. schol.	19 prius schol.[1]			
20				
21				
22				
	23 utrumque schol.[2]			
24				
25				
			°27 utrumque schol.[3]	

[1] Valla: *In tabulis — orbi. ubi nomen scribitur haeredis. hoc est aut si haereditatem captavit: aut amorem amicae locupletis.*

[2] Valla: *Multa — apicius. qui scripsit de ciborum condimentis ut Plinius meminit. Miser et frugi. Marcus apicius fuit si cum crispino compararetur cum ille gulae haberetur exemplum.* De his scholiis cf. supra p. 30 sq.

[3] Valla: *Provincia tanti vendit agros. amphibologia inquit Probus utrum agros an mulos* (leg. *mullos*) *ut per anastrophem postpositum sit 'sed' hoc pacto: sed agros maiores apulia vendit vel certe provincia tanti vendit agros quanti tu mulos emisti. Sed maiores apulia vendit. hoc dicit: maiores apulia vendit mulos ut placet Probo quos tu provincialibus gratis abstulisti: et ironia est maiores apulia vendit.* Cf. de his interpretamentis Schurtzfleischii adnotationem (l. c. p. 33 sq.), cui tamen ut adstipulemur longe abest; immo miror Schopenum (l. c. p. 363) adsentiri illi scribenti '*amphibolia*'. Cum enim et Donati artis gramm. liber optimus (Leid. bibl. publ. nr. 122) lectionem '*Amphibologia*' exhibeat (gramm. latt. ed. Keil. v. IV p. 395) et Isidori certe deteriores codices origg. I 34 eandem habere videantur (cf. Migne patrol. curs. v. LXXXII p. 109 n. 1), mihi quidem certum est Vallam in libro suo invenisse '*amphibologia*'. Prius scholium, quod a Pithoeanis abest, satis est integrum; alterum vero in codd. Mont. et Sang. plenius exstat. Duplex autem eo explicatur loci Iuvenaliani scriptura; verba enim, quae priore loco scholiasta Crispinum respondentem facit (*Apulia carius agros vendit*), ad lectionem '*maioris*' pertinent (quam contra legem pediam peccare me non fugit); quae vero secuntur (*vel maiores pisces* etc.) ad vulgatam scripturam spectant, ita ut Crispinum vituperatori obiecisse avaritiam scholiasta fingat; recte igitur Iahnius hoc scholium scripsit neque adstipulandum est Schurtzfleischio et Heinrichio, qui scribi iubent: *maioris pisces vendit.* Codd. lectio Vallae quoque interpretamento defenditur. Extrema: '*et ironia est* (ut est apud Vallam): *m. A. v.*' novum esse scholium, quo locus aliter explicetur, quis est quin videat?

28				
	29[1]			
31				
32				
33				
34				
36				
37				
		°38 prim. schol.[2]		
38 alter. schol.		38 tert. schol.[3]		
	39 prius schol.[4]			
39 alterum schol.	°40[5]			
	41(?)[6]			
42				
43				
44				
46				
	47[7]			

[1] Valla: *putamus induperatorem. domitianum potius quam neronem dicit.*

[2] Valla: *Et calvo serviret roma neroni. hoc convicium in flavium domitianum titi fratrem vespesiani filium iacitur qui calvus fuit. at quoniam calvicio ita offendebatur ut in contumeliam suam traheret si cui alii ioco vel iurgio obiectaretur* (cf. Suet. Domit. c. 18): *sunt qui dicant exilii Iuvenalis hos versus fuisse causam.* Extremam vero huius scholii partem (*ultimum — defecit*) Valla ideo omisisse videtur, quia neque ad Iuvenalis locum illa pertinere intellegebat et modo attulerat tertium ad h. v. scholium Pithoeanum; v. notam sequentem.

[3] Valla: *Cum — ultimus: flavie gentis ultimum domitianum dicit: hoc enim* (Sang. *nam*) *ordine regnarunt: Vespesianus titus et inde domitianus.* Notandum est Vallam hoc scholium suo loco (ad v. 38) adferre; quod Schopenum l. c. p. 362 non commemorasse miror. Idem Valla recte Neronem omittit; in quo tamen eum Probi librum secutum esse non spoponderim. Cf. qui bene de cunctis ad h. l. Pithoeanis scholiis disserit Strackium l. c. p. 18 sq.

[4] Valla: *Rhombi. rhombus genus piscis hic significatur . . . .*

[5] Valla: *Domum. templum. Sustinet. cui imminet ancon urbs quam graecorum dorienses condiderunt.*

[6] Valla: *Implevitque sinus. concava raetia.*

[7] Valla: *Cum plena et littora. et littora nedum fora.*

	VI 143[1]			
	144[2]			
145				
146				
147				
148				
149				
150				
	151[3]			
	153[4]			
155	°154 utrumque(?) schol.[5]			
		156[6]		
	158 omnia schol.[7]			

[1] Valla: *Cur — ardet. indotatae et est alia anthypophora.*

[2] Valla: *Laxet. in rugas contrahatur cum senectus quasi intra cutem se recaeperit.*

[3] Valla: *Pueros omnes. servitiorum multitudinem.*

[4] Valla: *Cum — iason clausus. aut satyrice . . . . aut quod mercator fuerit et huius mercis negotiatorem ἀπὸ τοῦ ὀνόματος tanquam satis notum dixit.* Cf. Schopeni ad h. schol. adnotationem l. c. p. 380.

[5] Valla: *Iason clausus. forte porticum agripparum dicit in qua argonautae picti spectati sunt quod in eadem porticu ut refert Probus quodam anni tempore nundinae fiebant: cui sane accedo sententiae: nam hic me Probi movet auctoritas . . . . . Obstat casa candida. pro tempore enim casas tumultuarias ex linteis componentes conspectum illius picturae prohibebant.* Memorabilis est lectio '*Agripparum*', quae iam propius accedit ad veram genuinamque '*Agrippae*'; cf. Crameri (l. c. p. 203 sq.) et Heinrichii Schopenique (l. c. p. 379 sq.) ad h. l. adnotationes.

[6] Valla: *Maxima rursus myrrhina. pocula de myrrha facta.* Valla igitur recte vocabulum '*tincta*' omittit, cum contra Iahnius '*facta*' deleat ut mihi videtur iniuria; persuasum enim mihi est doctum qui haec scholia conscripsit grammaticum, 'murrhina' quid essent, non ignorasse, sed recte explicasse, 'tincta' autem postea ab homine sciolo suprascriptum esse. Ceterum cf. Schurtzfleisch. (l. c. p. 63), qui hoc scholium ita scribi iubet: *de murrha pocula tincta vel facta.*

[7] Valla: *Et beronices — preciosior. beronice regina aegypti soror ptolemaei et cleopatrae anulum preciosissimum in matrimonio habuit. ab hac beronice urbs creditur appellata. et beronice ptolemaei philadelphi mater. Theocritus.* ἀλλὰ — βερονίκα (idyll. XVII 55—57). *Strabo autem Caesar inquit augustus herodis liberos magno prosecutus est honore similiter sororem solomen eiusque filiam beronicen* (geogr. C 765 [XVI 2, 46]).

159				
160				
161				
163				
164				
165				
	167 [1]			
170				
	172 [2]			
174				
175				
177				
179				
180				
181				
1		VIII 1 (inscriptio) [3]		
3				

Hunc — barbarus. ptolemaeusne rex an certe herodes filiae sororis solomenis. Incestae — sorori. iuliae quae augusti fuit neptis cum qua commisit incestum quamobrem ab augusto ab urbe relegatus est. post augustum iussu thyberii occisus est. nam cum ex scribonia uxore augustus etc. (haec de Augusti familia conflata sunt ex Suet. Aug. capp. 63—65) . . . . *quidam beronicen aiunt herodis filiam* etc. Hic locus luculento exemplo potest esse, qua ratione, immo qua licentia Valla Probi interpretamenta in usum suum converterit, aliorum scriptorum locos admiscuerit, adiecerit sua. Mirum id solum eum neque L. Aemilii Pauli coniurationis mentionem facere neque de duplici Iuliae relegatione accuratius referre, cum utraque res narretur scholio Pithoeano altero. Quoniam vero clausulam eius (*post — interfectus est*) tertio interpretamento Pithoeano (de quo cf. Schopen. l. c. p. 380) adglutinavit, veri simile est eum illud quoque integrum in codice suo invenisse, in commentario autem ideo maximam partem praetermisisse, quia in eius locum plura et uberiora substituturus erat e Suetonio. Quodsi legit illud scholium, ex verbis eius conicias pro corruptis vocc. '*a barbaro*' restituendum esse non '*ab avo*' sed '*ab urbe*'.

[1] Valla: *Venusinam. pauperem. de venusio oppido.*

[2] Valla: *Nil pueri faciunt. sic Lucanus. crimine quid parvi caedem potuere mereri.*

[3] Valla: *Stemmata — censeri. Hanc ad ponticum satyram iuvenalis de natalium claritate scribit . . . .*

4				
5				
6				
7				
8				
9				
10				
12				
13				
14				
15				
16				
17				
				19 [1]
20				
21				
22				
23				
24				
26				
27				
29				
30				
	32 [2]			
33				
34				
36				
38				
40				
41				
42				
43				
44				
45				
46				

[1] Valla: *Veteres caerae. imagines caeraeae.* Cf. schol. codd. Voss. nr. 18 et 64: *Cerae: primo imagines cerae, deinde fusiles fiebant.*

[2] Valla ad v. 35 haec adscribit: *Levibus. glabris. depilatis a graeco λεῖος quae per antiphasin dicta sunt omnia.* Cf. etiam schol. cod. Leid. bibl. publ. nr. 82 (apud Gigchium l. c. p. 10): *Nanum: κατὰ ἀντίφρασιν.*

48				
49				
50				
	51 prim. schol.[1]			
51 alterum schol.	51 tert. schol.[2]			
52				
53				
57				
59				
60				
62				
	63 (?)[3]			
64				
65				
66				
67				
68				
69				
70				
72				
73				
74				
75				
77				
78				
	81[4]			
83				
84				
85				

[1] Valla: *Euphraten. orientem.*

[2] Valla: *Domitique — aquilas. vexilla batavium custodientia. batavium galliae oppidum. Luc. Et — pererrat* (I 430—432). Cf. etiam schol. codd. Voss. nr. 18 et 64: *Domitique Batavi: Batavium regio est Galliae . . .*

[3] Valla: *Corithae posteritas et hirpini. non dubium quin per haec loca omnia velit intelligi: unde quales velimus equi nascerentur.* At cf. Crameri ad h. l. adnot. (l. c. p. 315).

[4] Valla: *Phalaris licet imperet. sicut phalaris fuit agrigentinorum tyrannus qui homines tauro aheneo torquebat inclusos.*

			86 prius schol.[1]	
86 alterum schol.				
89				
90				
93[2]				
		94 prim. schol.[3]		
94 alterum schol.		94 tert. schol.[3]		
96				96[4]
98				
101				
102				
103				
104				
105				
106				
		109[5]		
111				
113				

[1] Valla: *Gaurana. baiana a loco* (Cf. schol. codd. Voss. nr. 18 et 64: *Gaurana: Gaurana vocatur litus Baianum. Hinc Gaurana dicuntur ostrea, quae ibi colliguntur.*). *Cosmi — aheno. qui luxuriosus fuit. Martialis. pastillos cosmi luxuriosa voras* (I 87, 2) *qui solium in quod descendebat multis diversisque odoribus perfudisse fertur.*

[2] Ad v. 93 Valla adnotat: *Et capito et tutor. qui cum capitone damnatus est.* Quod cum aliunde notum non sit, e Probo id sumptum esse videri potest cuipiam. Sed in schol. Pith. ad v. 94 altero legitur: *et Tutorem nescio quem.* Probabilius igitur est Vallam hoc vel finxisse vel e Iuvenalis verbis temere coniecisse.

[3] Valla: *Damnante senatu. accusantibus provincialibus* (cf. Schopen. l. c. p. 403). *Piratae cilicum. spoliatores velut piratae cilicum quia cilices piratae fuerunt: ergo principes piratarum . . . . .*

[4] Ad vv. 95 et 96 Valla haec adscribit: *Chaerippe. pupille . . . . . Cum pansa. tutor tuus qui romae libitinam exercuit.* Quae quid sibi velint, adsequi non possum, neque unde hausta sint nisi ex Probo. Si vero schol. Pith. ad h. l. Valla in codice suo invenisset, certe non ita locum explicasset.

[5] Valla: *Et pater armenti: taurum dicit vel admissarium.* Cf. schol. cod. Leid. bibl. publ. nr. 82 (apud Gigch. l. c. p. 11): *Armenti. tauros dixit vel equos admissarios.*

114				
116				
118				
119				
120				
121				
123				
125				
126				
127				
128				
	130 [1]			
131				
136				
	137 [2]			
139				
141				
142				
143				
145				145 [3]
147				
148				148 [4]
150				
152				
154				
155				

[1] Valla: *Nummos raptura celeno. si uxor tua non rapiat quicquam ut harpyia . . . . .*

[2] Valla: *Hebetes — secures. hebetes subtusae saepe feriendo.*

[3] Valla: *Tempora pannonico. quidam habent codices. multi vero santonico. . . . . nisi quod Probus interpraetatur santonico cucullo: galero fusco et horrido ardeliunculo quales sunt latrunculorum aut ex lucerna turpi intincto* Cf. schol. codd. Voss. nr. 18 et 64: *Santonico: Santonicus color est fuscus et vilissimus, quo inficiebant se, qui ad lupanar pergebant, ne agnoscerentur*, et Crameri ad h. schol. adnot. l. c. p. 326 sq.

[4] Valla: *Multo sufflamine. multo anhelitu aut retinaculo. sufflamen enim inquit Probus illud machinae genus est quo in catabatmo hoc est in descensu vel procursu nimio rota solet retineri . . . .* Eadem res et in Pithoeanis et in Vossianis scholiis plane aliis verbis explicatur.

	°157 [1]			
159				
160 prius schol.			160 alter. schol. [2]	
	162 [3]			
163				
164				
166				
	167 [4]			
			168 prius schol. [5]	
168 alterum schol.	170 prius schol. [6]			
170 alterum schol.				
172				
		173 [7]		
175 prius schol.		°175 alter. schol. [8]		

[1] Valla: *Solam hipponam. mulionum deam.* — De priore parte huius scholii cf. A. Scholte observationes criticae in satt. D. Iunii Iuvenalis p. 68.

[2] Valla: *Udus amomo. perfusus unguento. hoc dicit damasippo occurret caupo qui prope portam habitat: aut unguentarium dicit.* Ad extrema cf. schol. codd. Voss. nr. 18 et 64: *Idumaeae: Idumaea . . . . in cuius porta manebat iste, qua sunt et unguenta vendentes.*

[3] Valla: *Cyane. pro qualibet propinatrice vel scorto cyanen ponit.* Cf. Schopen. l. c. p. 405.

[4] Valla: *Lateranus . . . . in quibusdam legitur damasippus.*

[5] Valla: *Inscriptaque lintea vadit. hoc est ut probus inquit pictis velis popinae succedit vel ubi esculenta publice venditantur.*

[6] Valla: *Harmeniae syriaeque tuendis amnibus. harmeniam tigris parthos euphrates perluit. Et rheno. galliae.*

[7] Valla: *Aliquo cum percussore. gladiatore sive sicario.*

[8] Valla: *Et fabros sandapilarum in quibus polintones* (leg. *pollinctores*) *deportant cadavera: et ob hoc abiectae sortis homines. sunt qui legant fabrum* (sic) *sardanapallum. i. infamem ut sardanapallus fuit ac sandapyllarum fabros pheretrorum et capulorum. id enim sandapylla significat . . . .* Ad extrema cf. schol. codd. Voss. nr. 18 et 64: *sandapilarum: sandapila est feretrum plebeiorum, in quo efferuntur plebeiorum cadavera*, et Fulgent. expos. serm. ant. p. 558 Merc.

176				
177				
179				
181(?)				
182				
183				
185 prius schol.			°185 alter. schol.[1]	
186				
187				
189				
190				
191				
192				
193				
194				
		196 prius schol.[2]		
196 alterum schol.				
198				198[3]

Iam videamus, quae colligantur ex his tabulis. Ac primum quidem inde efficitur multa scholia, quae exstant in codd. Mont. et Sang., a Vallae libro afuisse. Nam etsi quaedam in hoc codice ita obscurata fuisse concedamus, ut legi non possent, quaedam a Valla aut consulto aut neglegentia omissa esse, tamen maximam partem eorum scholiorum, quae apud illum desiderantur, in ipso

[1] Valla: *Locasti syphario. sypharium velum fuit inquit probus sub quo latebant paradoxi cum in scaenam prodibant: aut hostium mimi. alii sypharium aiunt esse omne quod ante cantantem mimum praemium suspenditur.* Ultimum interpretamentum, quod abest a codd. Mont. et Sang., eisdem fere verbis exstat in codd. Voss. saepius memoratis: *Sipario: Sipharium dicitur omne, quod ante cantantem pro pretio suspenditur.* — Cf. Cramer. l. c. p. 337 sq. et Heinrich. l. c. p. 405 sq.

[2] Valla: *Quid satius. erit deligendum. mori utique praestabit quam mimum agere.*

[3] Valla: *Corinthi. hoc mimi nomen est. non mirum si haec inquit mavult sequendo ludium principem quam mori quando ipsum imitatur neronem. hic nos iam deserit probus* etc. (cf. supra p. 27).

codice fuisse ut negemus, cum argumentis supra p. 30 prolatis tum eo adducimur, quod haud paucorum talium in Vallae commentario nec vola nec vestigium apparet, quae cum maximi momenti essent ad poetae verba recte explicanda, Valla certe non plane fuerit neglecturus, si in libro suo invenisset. Ut pauca exempla de magno numero excerpamus, ad III 117 nullum verbum de Tarso; ad V 3 de Sarmento scholium optimae notae desideratur; ad VIII 96 scholium de sensu loci egregium omnino deest; ad VIII 116 nihil de Afris. Neque minus ad hanc rem faciunt illi loci, quibus Valla Pithoeano scholio plane omisso aliud profert; quorum e tabulis istis satis magna colligi potest copia; cf. etiam quos supra p. 35 l. 13 sqq. enumeravimus locos. Neque enim assequor, si Pithoeana quoque ad hos locos in codice Probi adscripta fuissent scholia, cur Valla haec maxime praetermissurus fuerit.

Sed aliud quid consideremus. Ad tertiam enim saturam in codd. Mont. et Sang. circa 280 scholia maiora minorave exstant; ex his Valla aliquo modo in usum suum convertit circa 93. Si vero respexeris ad vv. 109—179 in Pithoeanis 65 adscripta esse scholia, in Vallae autem commentario ex his nullum adferri — id quod aut ipsius quem Valla adhibuit codicis aut archetypi lacuna effectum esse videtur —, Vallam scholiorum Pithoeanorum ad sat. III dimidiam fere partem usurpasse concedes. Similis intercedit ratio in eis sat. IV versibus, quos perlustravimus; ad hos enim 47 versus in codd. Mont. et Sang. ad 60 scholia exstant; e quibus Valla in usum vocavit 23 i. e. plus quam tertium quodque scholium. Ex 35 autem scholiis, quae in eisdem libris ad sat. VI vv. 142—183 adscripta sunt, in Vallae commentario apparent 12 fere i. e. minus quam tertium quodque. Denique ad primos 198 vv. sat. VIII scholia Pithoeana sunt 175 fere; e quo numero 22 tantum apud Vallam reperiuntur i. e. octavum quodque scholium vel paulo plus. Adde quod ad tertiam sat. circa 50 interpretamenta e Probo Valla deprompsit, quae in Pithoeanis non leguntur (haud pauca sane utrum re vera e Probo fluxerint, an fortuito consentiant cum Leidensibus maxime scholiis, dubium est); ad octavam non plus quam octo. Ex his atque eis, quae p. 30 in. et p. 34 extr. disseruimus, efficitur ad posteriorem quamque saturam minus frequenter quam ad priorem Vallam Probi sibi adiunxisse auxilium. Quod aut ita explicandum est, ut Valla paulatim defecerit in evolvendo Probo, aut in hoc simile quid locum habuit atque in codice Leid. bibl. publ. nr.

82, in quo Schopenus refert scholia initio frequentiora esse, tum rarescere, interdum plane deficere. Hoc posterius ut veri similius esse censeamus, cum eis, quae modo (p. 68 sq.) disputavimus, tum illo permovemur, quod Probi interpretamenta in versu 198 sat. VIII defecisse Valla ipse testatur; cuius verba optime sic intelleguntur, ut in codice scholia iam antea rariora inde ab hoc loco nulla Iuvenalis versibus adscripta fuisse statuamus. Nam ipsas quoque Iuvenalis saturas in eo libro exstitisse, ab hac sententia ne Iahnius quidem alienus est; cf. praef. ed. Iuv. min. p. 6.

Contra ea Probum, cum Valla ex eo haud pauca proferat, quae in Pithoeanis scholiis non exstent, multis numeris locupletiorem fuisse quam codd. Mont. et Sang., id et ipsum confirmatur tabulis nostris, neque minus haec, quae apud Probum tantum leguntur Vallianum, ut Iahnii (proll. ad Pers. p. CLVI) verbis utar, partim optimae notae et antiqua (ut scholl. ad III 14. 74. 193. 210. IV 27), partim — et maximam quidem partem — a male doctis esse profecta. Atque prius quidem genus inde originem traxisse videtur, quod si non ex integro, at ex uberiore et pleniore exemplari perpetui ac veteris commentarii, e quo Pithoeana quoque scholia fluxerunt, descriptum erat. Alterius vero generis scholia ex Cornuti maxime commento in Probum inrepserunt; quod postquam primus suspicatus est Chr. Strack l. c. p. 5, probatur tabulis supra propositis. Cum enim Valliana huius generis interpretamenta saepe cum scholiis codd. Leidensium, quibus Cornuti maxime continetur commentarius, plus minus conveniant, haec res partim quidem ita explicatur, ut ex pleniore bonorum antiquorumque scholiorum exemplari quaedam in hos codices recepta esse statuamus, id quod praecipue de cod. Leid. bibl. publ. nr. 82 dictum volo; cf. praeter locos a Gigchio Appar. crit. p. 9 sqq. prolatos scholia illius codicis ad III 1. 32. 38. 74. 115. 137. 210. 261. 266. 283; quamquam etiam in codd. Voss. nr. 18 et 64 tale quid factum est; cf. horum codd. scholia glossasve ad III 18. 29. 36. 54. 61. 77. 94. 100. 108. 127. 158. 214. 215. 221. 226. 235. 249. 258. 287. 296. 314[1]. Plurima

[1] Cum Cornuti commentarius neque totus editus sit — nam antiquam illam quae fertur Ioannis de Westfalia editionem Lovaniensem neque Iahnius inspicere potuit (cf. proll. ad Pers. p. CXVIII) neque ego adsequi — et in editis partibus pauci neque ut videtur aptissimi ad hanc rem codices sint adhibiti, certo dici nequit, utrum ipse Cornutus scholiis antiquis quarti saeculi usus sit an illa interpretamenta in Leidenses tantum codices inrepserint. Id vero contendere licet ei, qui Pithoeana scholia denuo editurus sit, non neglegendos esse codices neque Leidenses hos neque alios satis multos ut videtur, in quibus Cornuti vel simili commento admixta sunt scholia antiquiora; e. g. nomino cod. Gudianum biblioth. Guelferbytanae nr. 156 f., de quo v. Leipz. Literaturzeit. a. 1830 p. 2192 (cf. huius libri schol. ad I 33), et cod. Palatinum Vaticanum nr. 1701 fol. saec. X, de quo A. Elter mihi rettulit.

vero huiusmodi scholia e Cornuti commento deprompta esse et fortasse manu posteriore addita Vallae libro vilitate eorum demonstratur atque multitudine.

Restat ut, quae intercedat ratio inter singula scholia satt. III. IV. VI. VIII Pithoeana et ea Valliana interpretamenta, quae cum illis aliquo modo conveniant, statuamus. Atque hic quoque idem videmus, quod in locis supra p. 36 tractatis: inveniuntur scholia, quorum particulae satis graves novumque adferentes apud Vallam desiderentur; eiusmodi interpretamentis in tabulis nostris haec nota ° adpicta est. Praeterea addi possunt huic generi plurima eorum scholiorum, quae in tabulis istis columna altera continentur. Contra talia quoque sunt, quae pleniora exstent apud Vallam et novis rebus aucta: illis adscriptus est asteriscus *. Pauca denique, si a verbis discedas, apud Vallam et in codd. Mont. et Sang. plane eadem sunt. Nam de verbis et lectionibus Vallianorum ad satt. III. IV. VI. VIII interpretamentorum ea, quae p. 36 disserui, repetere nolo.

Ut igitur iam paucis nostram de Vallae libro sententiam comprehendamus: in hoc codice Iuvenalis saturis adscripta erant scholia initio frequentissima, deinde rarescentia, in versu 198 sat. VIII plane deficientia. Deprompta autem erant primae ut videtur manus scholia ex antiquo illo commentario saeculi quarti, e quo Pithoeana scholia excerpta sunt ab alio homine; quo factum est, ut et e Probianis quaedam in Pithoeanis et e Pithoeanis nonnulla apud Vallae Probum desiderentur. Postea vero fortasse alia manu additae supervenere glossae atque scholia deterioris notae deprompta e Cornuti commentario haud pauca. Ad emendanda autem Pithoeana scholia si quis haec Vallae interpretamenta adhibiturus est, summa opus est cautione propter licentiam maxime Vallae nimiam. Haec si comparaveris cum eis, quae Iahnius proll. ad Pers. p. CLVI de Probi scholiis iudicat, nos haud admodum ab eo dissentire videbis.

Sed ex eadem comparatione scholiorum codd. Mont. et Sang. et Probi interpretamentorum aliud efficitur, quod de illis scholiis iudicanti minime sit neglegendum, id dico Pithoeana quoque scholia excerpta esse. Hoc autem excerpendi negotio, quod homo rudis indoctusque suscepisse videtur, factum est, ut nonnulla scholia antea satis bona iam prava falsaque aut prorsus inepta evaderent. Cuius generis quaedam in exemplis a Matthia l. c. p. 9 propositis inveniuntur; quae omnia nunc tractare longum est. Unum illud moneo de scholio ad XIV 91 (Matthias falso posuit XIII 133) non P. I. Meiero (de glad. rom. p. 9 n. 1), qui errorem grammatico imputat, sed Matthiae, qui librarii — immo excerptoris — neglegentiae, adstipulandum esse. Quis enim non malit credere grammaticum, etsi nulla causa fuerit, cur de Felice Harpocraque ageretur, tamen totum Suetonii locum exscripsisse quam eum, cum satis doctrinae habuerit, tam turpiter peccasse? quis non librarium potius indoctum excerpendi studio quam grammaticum in poeta enarrando censebit erravisse? Similiter res se habet in scholl. ad X 330 et X 93. Cuius sententiae qui luculentum desideret argumentum, is adeat schol. Pith. ad I 109, quo inepte ad Licinum quoque refertur, quod de Pallante solo recte scriptum est. Hic enim Valla felicissimo casu nobis conservavit duo scholia optima, quibus seorsum de utroque verissime et copiosissime agitur. Ex his igitur sciolus qui excerpta Pithoeana confecit librarius unum illud concinnavit scholium absurdum et indoctum. Ceterum aliis quoque indiciis scholia codd. Mont. et Sang. excerpta esse ex pleniore commentario confirmatur, inaequalitate dico et copiae scholiorum, quippe quae in aliis partibus uberrima sit, in aliis satis tenuis ac minime sufficiens, et sermonis, qui modo continuus dilucidus prolixior, modo abruptus obscurus adstrictus brevissimusque sit. Quae vere esse dicta persuasum hăbebit, qui — ut unum proferam exemplum — scholl. ad VIII 94 sqq., quae integri commentarii imaginem vix immutatam praebere videntur, comparaverit cum exilibus excerptis, quae ad VI 1 sqq. in codd. Mont. et Sang. leguntur. At si summam rei spectamus, qui excerpsit haec scholia, saepius longiora interpretamenta eademque doctiora et interdum pretiosissima in brevius contraxisse et depravasse quam tota omisisse videtur. Sed satis de hac re, quam accuratius tractare tempora nos vetant.

De Probi nomine a Valla scholiastae suo indito si quis vv. dd. cognoscere velit opiniones, videat Fabricii bibl. Lat. t. II p. 360 (ed. V p. 453 n. e), Schopeni diss. de Terentio et Donato p. 31, Achaintr. Iuv. v. II pp. 76 et 97, Cramer. l. c. p. 3, Osann. Beiträge zur Literaturg. v. II p. 27, Iahn. proll. ad Pers. p. CLVII, Steup. de Probis gramm. p. 78, Matthiam l. c. p. 3, Strack. l. c. p. 2 sq. Cum vero recentiores praeter Steupium omnes Probi nomen a Valla aut errore aut temere et sine ulla auctoritate huic commentario impositum esse contendant, id monendum videtur Domitium Calderinum, cuius editio ante Vallianam primo emissa est, et ipsum e libello Probi grammatici scholium Iuvenalianum circumferri dicere; cf. supra p. 26 n. 2. Unde probabile fit Vallam invenisse in codice suo scholiis Iuvenalianis praescriptum nomen Probi. Hoc autem confirmatur eo, quod in codice Vatic. Urbin. nr. 661 membran. saec. XI fol. min. scholiis ad Iuvenalem, quae ipsis poetae carminibus absolutis f. 62 incipiunt et usque ad finem libri continuantur, altera quidem, sed eiusdem fere aetatis cuius prima est manu adscriptum legitur PROBVS. Quae res primum in notitiam meam venit Spicilegii Rom. t. nono, ubi Maius in appendice post praefationem tertia p. VI inter codices ineditos scholiasten commemorat Iuvenalis diversum multoque copiosiorem edito, qui exstet in codice pervetusto, ubi sint insuper interlineares glossae. 'Auctor, inquit, dicitur Probus, sed tamen homo christianus est, vel certe interpolatum opus usque ad saeculum ferme IX. . . . . Abrupto hoc commentario circa operis medium, usi deinde sumus scholiis aliis' etc. Quae quia cum eis, quae Valla de suo Probo refert, satis bene conveniunt, amicum A. Elterum, qui Romae moratur, adii, ut quid rei esset accuratius indagaret. Qui plurimis in Vaticana bibliotheca Iuvenalis codicibus inspectis tandem repperit librum a Maio adhibitum: scholia in medio interpretamento ad VIII 227 ex improviso abrumpuntur; ultima verba haec sunt: *Maiorum effies* (sic) *mos fuit olim.* At non esse bona et antiqua, Pithoeanis Vallianisque similia, sed ipsa Cornutiana e speciminibus ab amico missis luce clarius fit. Id tamen ex inscriptione illa apparet, scholiis Iuvenalianis Probi nomen medio iam aevo adhaesisse neque Vallae errori licentiaeve esse tribuendum. Restat ut Eltero, iuveni docto strenuoque, amico fidissimo et humanissimo, pro hoc laborioso officio, quod tot lectuque tam difficiles codices volvit et perscrutatus est, proque ceteris eius in me meritis, quae sunt permulta, publicas hoc loco et debitas ex animo agam gratias.

VITA.

Natus sum Christophorus Henricus Stephan Coloniae anno h. s. LVII a. d. V. Id. Mart. patre Henrico matre Cordula e gente Comp, quos ambo defunctos esse vehementer doleo. Fidem profiteor catholicam. Litterarum elementis imbutus missus sum ad patriae gymnasium ad Ss. Apostolos, ubi per novem annos optimorum praeceptorum egregia usus sum disciplina: quos omnes nominare longum est, singulos non pium. Autumno anni LXXVI maturitatis testimonio instructus almam Musarum sedem Bonnensem adii ibique per octo semenstria inter cives fui academicos. Docuerunt me viri clarissimi Bernays Buecheler Klein Maurenbrecher Menzel Meyer Neuhaeuser Schaefer Usener. Buecheleri et Useneri benevolentia factum est, ut vere anni LXXVIII in seminarium philologicum regium reciperer, cuius per duos annos sodalis fui ordinarius. Praeterea Buecheler exercitationibus suis epigraphicis, Schaefer et Menzel seminario historico ut interessem benigne concesserunt. Quibus viris omnibus gratias ago debitas; praecipue vero Buechelerum Schaeferum Usenerum, qui studia mea singulari comitate adiuverunt et aluerunt, pientissima semper colam memoria.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

1. Iuv. VII 184—185 sic scribendum est:
   quanticumque domus, venit qui fercula docte
   conponit, venit qui pulmentaria condit.
2. Cic. ep. ad Att. I 13, 5 verba: 'a. d. III. Non. Decembr. mendose fuisse animadverteram.' ad Metellinam quae dicitur orationem spectare videntur.
3. In Poenuli Plautinae exitu altero, quem solum genuinum esse non modo argumento a Brugmano prolato, sed etiam aliis ex utriusque scaenae (1304—1355 et 1356—1406 Gepp.) sermone et arte petitis probare licet, verba: 'Heus tu, leno' (v. 1382) et: 'Ut iamiam mi argentum reddas, priusquam in nervum abducere.' (v. 1383) et: 'Curato' (v. 1402) Antamoenidae tribuenda sunt.
4. Ib. v. 1398 sic scribi velim:
   Leno, tu aut amicam mihi des facito aut mihi reddas minam.
5. Vell. II 118, 2 legendum censeo:
   Arminius, Sigimeri principis gentis Cheruscorum filius.
6. Aesch. Sept. 169 codicis Medicei scriptura:
   ξύνοικος εἴην τῷ γυναικείῳ γένει
   mordicus tenenda est.
7. Hymn. Hom. XXXIII 16 scribendum propono:
   ναύταις σήματα καλά, πόνου λύσιν· οἱ δὲ ἰδόντες.
8. In Plat. Menon. 95 E neque cum Bekkero *μεταβὰς* mutandum in *καταβὰς*, neque ex Platonis verbis conicere licet (cf. Bergk. mus. Rhen. III p. 410 et poett. lyrr. ad Theogn. 435) in vera et integra Theognidis elegiarum collectione non ita longo intervallo separata fuisse duo carmina, e

quibus deprompti sunt versus, quos philosophus adfert (Theogn. 33—36 et 434—438).

9. In Euripidis strophis vere dactylo-epitriticis inter singulos versus, si sola verba spectamus, numquam maior pausa intercedit quam unius morae, i. e. numquam duorum versuum, quorum alter alterum excipit, prior thesi concluditur, posterior ab anacrusi incipit.